





BEROALDI
OPERA
INCUNABULI
E
6
23
Biblioteca Nazionale
Centrale - Firenze









ORATIO PROVERBIORVM CONDITA A PHILIPPO BEROALDO, QVA DOCTRINA REMOTIOR CONTINETVR.

**

AD ORNATISSIMVM CHRISTOPHORVM VAITIMILLIVM SCHOLASTICVM BOEMVM PHILIPPI BEROALDI BONONIENSIS EPISTOLA.

c Ompluſculi ex Boemia Scholaſtici ad capiendum ingenii cultũ linguãq; comendã in hoc noſtrum gymnaſium litteratorium quot annis cõmigrare cõſueuerũt, nitidi prorſus atq; elegantes. ſed omnium ſane nitidiſſimus extitit elegantiſſimus Vldricus Roſenſis inter inclytos Boemiæ proceres famigeratus: cuius nomini Annotationes nũcupatim dedicaui. Ioãnes uero Vartimbergẽſis omni præconio bonitatis ornatus inſtar gemmæ radiantis in cœtu ſcholaſtico reſulget: ad quẽ opuſculum de Septem ſapientibus compoſui. Fuit indidẽ & Martinus Crũnouiẽſis: quo nihil candidius, cuius nomen Liber Orationũ mearum in liminari pagina geſtat inſcriptum. Poſt hos tu ex eadẽ regione haud magno ſane interuallo adueniſti Chriſtophore mi ad ingenium excolendum: in quo nil culpabile conuiſitur. Tu uirginali corporis filo ſpecioſus iuxta ſocraticum documentum impendio procuras, ne corporis pulchritudinem morum turpium dehoneſtamento dedecores. Tu claritudine natalium inſignis fami

Laus chriſtophori.

liæ Vaitimilliæ/apud Boemos honoratiſſimæ:es or/namento/minimeqꝫ a patria uirtute degeneras. Siquidem Benedictus: hoc enim erat nomine parẽs: in magna existimatione apud maximos reges cum conſilio polleret: ſæpe ad exteras nationes in negociis principalibus obeundis Regius eſt deſtinatus Orator: & cum eſſet patrii ſermonis affabilitate cultiſſimus ſæpe rediit exorator. Qui tanq̃ Ariſtotelis Xenophontiſqꝫ œconomicum legiſſet: agebat bonum patremfamilias: qui Ampliora faciens/quæ a parentibus acceperat luculentiorem hereditatem liberis reliquit. Ex quibus tu frugalitatem quidem domeſticam probãs tanquam ea ſit optimum uectigal: exiſtimans tamen: paterna bona ſine animi bonis eſſe ueluti manca & mutila/ad nos conceſiſti: ut bonis animi ſuffarcinatus paternam hereditatem faceres cumulatiorem: ut pigmento eloquentiæ latialis coloratus/ut cote muſę liberalis expolitus: ut noſtro dolatorio leuigatus elegantior opulentiorqꝫ ad tuos in Boemiam reuertaris. Itaqꝫ gymnaſium litterarium frequẽs inuiſis/audiſqꝫ quotidie nos ex promptuario muſico depromentes quippiam dignum memoratu: daſqꝫ operam: ne bonæ horæ male collocentur. Ne bona ætas per incuriã effluat/atqꝫ deſidiam. Quas ob res ego ſubinuitatus libellum hunc proxima fætura natum apud me tibi nominatim dedicaui: quo prouerbia non pauca ſcite

Benedictus christophori pater.

Eloquẽtię affectator Christophori.

& moraliter explicãtur: quem sub eadem incude lit-
teratoria formatũ facile agnoscas: qua id genus opu-
scula iam plurima a nobis procusa sunt: quæ illustri-
bus sectatoribus nostris Transmontanis dicata cir-
cunferuntur: libellus est succosus, fertilis: cõdimẽtisq;
doctrinæ multifariæ esculentioribus ita conditus cõ
cinnatusq;: ut & ad palatum faciat & ad stomachum.
Tu mi Christophore munusculum id qualecũq; est
hilaro uultu libens cape. nec ex eo ꝙ chartarium, sed
eo ꝙ litteratũ sit metiaris atq; perpendas. Nã sicut
in uasis fictilibus Thesauri persæpe preciosi
recõdũtur. ita in his libellis opes plerũq;
luculentæ includuntur: & perinde
atq; in Dactylothecis gem-
mę litteraꝝ cõtinent̃.
Vale & dilige
Docto-
rem.

Thesauri ĩ fictilib9 Gẽmæ in libellis.

PROVERBIALIS ORATIO PHILIPPI BEROALDI.

SOCRATES ille Philosophorum fons Viri clarissimi: quē oraculū Apollinis sapientissimū mortaliū esse pdidit: cū ad Ethicen trāsiret: dixisse fert: Quæ supra nos nihil ad nos: ex hoc socratico documēto cōmonemur omissis rebus sublimioribus circa humiliora uersari. & a cœlestibus ad terrena descēdere. & diuinis sepositis humana scrutari. Ex hac sapientissimi Philosophi sententia quasi aurē uellicante cōmonitus decreui hodierno die repere humi. & per areā popularē expaciari. hoc est aliquot uulgares sentētias excutere. enucleare. perpēdere. Pulchrū est medius fidius nec omnibus obuiū rebus protritis dare splēdorē: & cōculcatis triuialiter dictis id gratiæ/id uenustatis inserere: ut noua: ut splēdida/ut indicta esse uideant. Quid ē aūt tam ptritū tā uulgare tā pmiscuū q̄ puerbiū? Atqui puerbia nō nulla tā græca q̄ nostratia hodierna disertatione a nobis explicabunt. sed cū nihil ferme sit tam sordidū & obsoletū: quod non ornatu fiat splendicās & speciosum: elaborabo atq; p uirili pte cōtēdā: Oratoriis illa pigmētis excolere/ & Myrothecio socratico uenustare: Ita ut quæ quasi fastidita poterāt repudiari: ea fiant maxime expetēda. Faciā quod cosmetæ & ornatrices in comēda matrona: quā ita interpollāt ita mūdo mu

Quæ supra nos nihil ad nos.

Ornatu squalētia nitescunt

liebri aliisq; id genus rebus expoliũt/ut longe alia fa miliaribus & uicinis appareat. Ingẽs ẽ ac ꝓpe infini ta tã apud græcos: quã apud nostros silua ꝓuerbioꝶ. Ex qua pauca quędã interlegi excerpsiq;: quę ianuã repãdãt publicis lectionibus: quoꝶ enarratio sit uelu ti prodromos atq; precursoria curriculi nostri littera torii. Sunt aũt ꝓuerbia ut docente Diuo Augustino didicimus. sentẽtiæ uulgares: quas græci paroimias: latini aliis quoq; uocabulis. Modo adagia/mõ uerba Modo adagiones appellant: quæ ego subinde mecũ pẽsitãs inuenio nõ minus succosa esse: nec minus ui/ tę cõducẽtia/q̃ sanctiora philosophoꝶ uolumina. Ad hęc habẽt ꝓuerbia qddã simile legibus: quaꝶ scriptũ angustũ est/interpretatio latissima. Si quidẽ summa breuitate cõclusa: intellectũ uberiorẽ cõplectunt: & sentẽtialiter uitã instruũt. Ita ut quæ ad moralẽ philo sophiã ptinẽt ingeniiq; elegãtiã: nõ minus ex ꝓuer biis cognosci possit q̃ ex doctrinis & uoluminibus so craticoꝶ. Nõ credis hoc mihi? crede Diuo Hierony mo scribẽti/q; Solomon in libro ꝓuerbioꝶ moralem docuit disciplinã: succinctis ut decuit: breuibusq; sen tẽtiis uitæ instituta cõponẽs. Quod ut planius fiat & manifestius prouerbia aliquot explicare auspicabor/ ad uitæ humanæ cultũ: & mores mire facientia. Vos quæso diligẽter attendite/spero enim quæ a me dicẽ tur futura & auriũ oblectamẽto ob uarietatẽ/& aĩoꝶ emolumẽto ob eruditionẽ. Quod si in huiuscemodi

Prouerbiũ quid. Paroimia Adagiũ. Adagio Verbum.

anteloquiis placere antehac consueuimus:in hac hodierna disertatione haud quaq̃ displiciturum me esse confido. Hinc autem potissimum ordiemur.

M. Terentius Varro:ille togatoꝝ litteratissimus: & ut uerissime dictũ est a Terentiano/ Vndecũq; doctissimus/ Prouerbiũ hoc cũ primis celebrat:hõ bulla est:eo magis senex. Scitis opinor oẽs bullã dici i aqs tumorẽ repente natũ/repente euanescẽtem. Vidistis ne unq̃/ Etenim pſępe uidere cõtingit:ex largo hymbre & subitario id genus bullas quasi sufflatas intumescere? Mox/ ubi respexeris/e uestigio euanuisse. Talis nimirũ est homo. Hodie ut bulla turget : Crastino nusq̃ erit. Nulli prorsus rei potuit scitius & uerius hõ q̃ bullæ cõparari: Videlicet friuolus:momentarius:nugatorius:& instar bullæ repẽte deficiens. Prouerbiũ uarronianum. Hõ bulla est.

Quid est homo? inquit Seneca:quodlibet quassum uas:& quodlibet fragile iactatu. Quid ẽ homo? imbecillissimũ corpus:& fragile.nudũ suapte natura:inerme. Alienę opis indigens.ad oẽm fortunę cõtumeliã proiectum. Frigoris est & laboris impatiẽs? ex infirmis fluidisq; contextum:Odor illi saporq; & lassitudo & uigilia:humor & cibus:sine quibus uiuere non potest mortifera sunt. Quocũq; se mouet infirmitatis suæ statim cõscius. Tenuissimis causis atq; offensionibus morbidus ac putris. Merito itaq; cecinit sapientissimus poetarum. Tale quidem genus est hominum:quale est filiorum. Hõ qd? Seneca uersus homericus.

Bulla es. Tu q̄ satellitū cuneis stipatissimus īcedis: q̄ ī excel
sissimo humani generis fastigio positus numinis uicē
coleris: & obseruaris: q̄ te deū terrenū credis bulla es.
Tu qui īmortalia aīo uolutas: cuius cupiditati orbis
ipse nō sufficit. cui nihil ē satis: bulla es: scito homine
nihil esse fragilius: cū eodem nihil sit superbius:

Flos Typus hoīs. Typus humanæ uitæ. & imago est flos: qui mane
uirescēs ante uesperā arescit. Qui cum sit speciosissi
mus ocissime intermoritur: Magna ut inquit Plinius
noster hominū admonitione: quæ spectatissime flo-
reant celerrime marcescere: hinc prophetes in canoni
cis scripturis exclamat: omnis caro fœnū & oīs gloria
eius quasi flos fœni. Cæterū cū nō minus oratorium
sit parua copiose/q̄ grandia breuiter exprimere/libet
hic paulum cōsistere/& /ut dici solet/fimbrias diduce-
re/& peristromata cōplicata latius explicare.

Plinius.

Hesaias.

Fimbrias dilatare.

Tria tempora prędicāt oēs & norūt/præteritū/prę-
sens & futurū. Sed qui curiosius & subtilius ista pen-
sitarūt/præsens tēpus sustulerūt/quod in fuga semper
est/quod fluuii more cursu rapidissimo fluit/ac præ-
cipitat̄/qđ ante desinit esse q̄ uenit/nec magis morā
patitur q̄ mūdus/cuius uertigo inenarrabilis est. Inde
fit ut homo nunq̄ in uno statu uel tātillū permaneat/
hic illa Ouidiani Pythagorę acclamatio. Nr̄a quoq;
ipsoꝝ semper requieq; sine ulla corpora uertunt̄. nec
quod fuimusue/sumusue cras erimus. Consimiliter
Seneca. Nemo nostrū inquit est in senectute. qui fuit

Tempus p̄sens nō est.

Pythagoras apud Ouidiū.

iuuenis. Nemo nostrū ē mane/q fuit pridie: corpora nostra rapiunť fluminū more. Nihil ex his quæ uidemus manet. Ego ipse dū loquor īmutari ista īmutat9 sum: hoc ē. qđ ait Heraclitus. in idē flumē bis descēdimus. & nō descēdimus. Manet. n. idē fluminis nomen. aqua trāsmissa est: quotidie homo moriť: quotidie demiť aliqua pars uitæ: & dū crescit uita decrescit: quotidie ex nostro corpore particulæ decedunt ex quibus cōsistimus: ut philosophi tradūt: & memorat Alphenus Iuriscōsultus titulo de iudiciis. Singulæ horæ īmo mométa aliqd de nobis predanť & carpunt: pūctū ē qđ uiuimus: & adhuc pūcto min9. Meritoq; ημεροβιοι dici possumus. hoc ē diales: cū uita nobis unius uix dieculæ tributa sit & dies nostri. ut inquit Iob sicut umbra prætereāt. Vitæ summa breuis spē nos uetat inchoare longā ut inquit uerissime Flaccus. Nos tñ ī longū spes nostras cogitationesq; protēdimus. Inquit unus anno quinquagesimo ędificabo. honores gerā. fundos emam. Ait alius a sexagesimo feriatus ociabor & mihi uiuā. Ait & tertius Senex referā me in rusticū secessum/ibiq; in consilio habebo agricolationis consultissimos. qui me docebunt in quincūcē arbusta disponere. populos uitib9 maritare. Arbores insitione frugiferas efficere: agrū pastinare. Terrā pullam ac tenerā quæ optima est a cariosa discerniculo quodā internoscere. Libet exclamare cū Lucretio. O stultas hominū mētes o pecto-

Dū loquimur īmutamur.

Heracliti dictum.

Alphen9

Pūctū est quod uiuimus.

Hemerobii.

Diales homines.

Flaccus

Spes longa.

Lucreti9.

Democritus. ra cęca. Libet ridere cũ Democrito: cui negocia mortaliũ oĩa ridicula uidebant. Quid tibi de futuro polliceris. Quid ꝓpagas uota ĩ sæculũ: cũ minime cõpertũ habeas de anno. Nescis hominẽ bullã esse: qui scis an adiiciãt hodiernæ crastina summæ tpa dii superi? Nimis hoc est. unde habes exploratũ te ad uesperam

Lucianus esse uicturũ? Nã ut inqt uerissime Lucianus a tenuis-

A filo pédemus. simo filo pẽdemus oẽs: quod citius dicto dirumpit.

Inter os & offam. Catonianũ prouerbiũ est. inter os & offam. quo admonemur ne spes nostras in longum ꝓtrahamus cum inter os & cibum iam paratum/multa interueni re possint offendicula: & quoniam prouerbia tractamus non pigebit prouerbialiter fabulari.

Versus paroimiodes. Græcus est uersus παροιμιωδης idest prouerbialis idẽ significãs: qđ hoc nostrũ inter os & offam πολλα μεταξυ πελει κυλικοσ και χειλεοσ ακρου

Inter calicem & labrum. latine dici potest. multa cadũt inter calicẽ supremaq; labra. Dicitur autẽ hæc paroimia ex tali causa.

Historia remotior. Anceus Neptuni filius: cũ uineã sereret imperauit ne quis familiariũ eã ingrederet/ne quis attingeret/interdixitq; pene uestigiis seruulorum: ex quibus unus asseueranter haud quaq̃ inqt dominus mustũ gustabit/nec fructũ carpet ex ea uinea/quã tãtopere custodit. Vbi aũt uuę ematuruerũt: exultans Anceus mustum ex illis pressum poculo indit. Mox seruum illum accersi iubet: qui negauerat ei fas esse fructus uineaticos mustũq; gustare. Iãq; poculum ori admo

turus. Esto inqt memor uerbi: quod iãdudũ dixisti: & ille fidenter uersum antedictum rettulit inquiens. Multa cadũt inter calicem supremaq; labra. Ecce tibi famulus alter id horæ eoq; momento exanimatus repente ingrediẽs, nunciat aprũ fulmineum formidãdæ uastitudinis uineam populari: & cuncta subuertere. Tunc Anceus abiecto statim poculo: quod in manibus habebat in aprum cõcitatus fertur: ab eoq; peremptus: mustum uineti, prout famulus prædixerat: gustare non potuit. Vnde ortum hoc prouerbiũ.

Alii tradũt hãc paroimiã ductã esse ex antinoi infortunio. fuit aũt hic Antinous: unus ex procis Penelopes. Qui absente Vlysse in ipsius aula indulgebãt genio: & luxuriosa cõuiuia pcolẽtes prandiorũ cœnarũq; gurgitibus Vlyssea patrimonia helluebant. Verũ cũ post diuturnã pegrinationẽ Vlysses clãculo sub mẽdici habitu domũ reuenisset μνηστηρας. i. procos comesabũdos morte mulctatos iustis pœnis affecit: iter quos Antinous calicẽ aureũ tenẽs iãq; illi labra admouẽs corruit moribũdus sagitta ab Vlysse in gutture lethaliter ictus. Calixq; e manib9 excussus ẽ: ut canit Homerus. xxii. Odysseæ. & ita ex eo gustare nõ potuit: Quidam narrant q Chalcãtẽ uites serentem augur nescio quis uicinus præteriẽs dixit errare, non enim ei fas esse, nouum uinum inde gustare. & cætera cõsimiliter. Ex hoc prouerbio græco: quacũq; de causa instituto: Ductum est adagium apud la-

Antinoi casus.

Chalcas uitẽ ferẽs

tinos alterum minime triuiale minimeq; protritum. quod est inter manum & mentum. Idem pollens. qd' inter os & offam.

Inter manũ & mẽtum.

Quid igitur nos homũculi. & ut ait Lucretius homuli cũ simus animæ salillum. ut inquit Plautus. qd infinita concupiscimus? qd spes nostras in spacia longiturna diffundimus? quid secula disponimus? cum possit homo ex offa quã manu tenet nõ uesci. ex poculo qd' labris admouet, non bibere. Deniq; cũ possit tam repente deficere q̃ bulla subito euanescit.

Homuli

De Andragora dixit Epigrammatista. lotus nobiscum est hilaris cœnauit. & idem inuentus mane ẽ mortuus Andragoras. De. Cor. senectione ait Seneca q cũ hilaris cœnasset, Angina præcipiti arreptus compresso arctatis faucibus spiritu ante lucẽ decessit ostenditq; uerissimum esse illud Hippocratis prognosticon quo maximus medicorum signat Synãchen: sic enim græce dicitur Angina, quæ uulgo squinantia: homini mortiferam esse, eamq; ocissime strangulare, quæ intrinsecus grassatur, nullo in gutture forinsecus existẽte uestigio: & quia exemplis homines maxime ducuntur, suntq; ad fidem faciendam potẽtissima Agitedum exemplis ostendamus: q̃ nihil sumus: & q homo bulla est, & si quid bulla fragilius.

Martialis

Hippocrates.

Synãche.

Angina.

Repẽtina morte obiere Cæsares duo, dũ matutino calciant̃, sani ac tẽpestiui. A. Põpeius in capitolio cũ deos salutasset. legatus rhodioꝝ perorata in senatu

Repẽtinę mortes.

Romano causa in limine curiæ protinus expirauit. Iulius medicus dum inungit specillum: quod medici instrumentum est, per oculum trahens. L. Valla dum mulsi potionem haurit. Ap. Saufeius dum sorbet ouum. Repentino omnes fato occubuere. Anacreon poeta acino uuæ passæ. Fabius senator in lactis haustu uno pilo strangulatus. Quosdam crassior saliua suffocat: ut illud serio dici posse uideatur.

Ambulat & subito funus mirantur amici.

Iam satis opinor constat ac liquet, hominem bullam esse. en agedum deinceps discutiamus, quanto magis senex bulla sit. Quod quidem in confesso est. & enim senis anima in labris primoribus habitat. Senex uiuit mortuus inter uiuos. Senex est & non ē: Senile corpus putridum est ædificium: in quo omnis iunctura diducitur: & dum alia fulcitur, alia discinditur. Senilis ætas non descendit sed cadit.

Bulla magis senex

Senex putridū ædificium.

Versiculus ille prouerbii uice celebratur. Non est uiuere sed ualere uita. quo significatur, uitam nō esse in homine uitalem, nisi prospera ualitudine perfruatur. proinde senex minime dicendus est uiuere, cum minime ualeat. cum senectus ipsa sit morbus: ut inquit noster comicus: Quod ex Apollodoro decenter transtulit scribente. το γηρας εστιν αυτο νοσημα. Aristotel'es libro. v. de generatione animaliū. Recte inquit dixeris senectutē morbū esse naturalē. a Seneca eleganter senectus dicitur morbus insanabilis.

Senectus ipsa morbus est.

Terētius.

Apollodorus.

Aristoteles.

Senectus morbꝰ insanabilis.

Muſæ græcoꝝ canunt ουκ εστι υγειασ κριττον ουδεν εν βιω. υγεια και νουσ εσθλα τω βιω δυω

Sanitas & mens.

nihil eſt in uita melius ſanitate:Sanitas & mens duo uitæ bona:utroq; hoc bono caret ſenex cũ infirmus ſit & delirus:& quãuis Plautinus pater dicat ĩ trinũmo:ſapientiæ ætas condimentum eſt.tamen magna ex parte delirant ſenes.Vnde & ſenilis ſtultitia Deliratio appellari ſolet:hinc quoq; græco prouerbio dicitur δυσ παιδεσ οι γεροντεσ ideſt bis pueri ſenes: quoniam uidelicet repueraſcere creduntur, & in priſtinam redire puerilitatem.Idq; Plautum dicere uidemus in mercatore.his uerbis.ſenex cum extẽplo eſt,iam nec ſentit nec ſapit.aiunt ſolere eũ repueraſcere:ſubſcribit huic ſententiæ Ariſtoteles ſcribens in ſecũdo politicorũ:ut corporis ſic etiam mentis eſſe ſenectutẽ.Quã aũt ſanitas ꝑcul ſit a cõtubernio ſenum:ꝙ morboſa ſit ſenectus quis ignorat? Circũſilit agmine facto morboꝝ omne genus:ut inquit ſatyrographus:in ſenecta hebeſcũt ſenſus,præmoritur uiſus auditus ĩceſſus,torpet palatũ,memoria labat dentes decidũt:quæ ſunt ciboꝝ ac ſermonis inſtrumenta fiũtq; edẽtuli ſenes & balbi.mẽbra torquent᷑.fiuntq; ſilicernii quaſi ſilices ex dorſi curuitate cernẽtes. Nõ ab re fuerit apud auditores beniuolos minimeq; faſtidioſos ꝓcẽſere exemplũ Berzelai galaditæ: qui cũ eſſet γερων λιαν ſenex ualde rogatus a Rege Dauide ut ſecũ iret hieroſolyma eſſetq; regius comes:fer-

Deliratio ſenilis

Bis pueri ſenes.

Incõmoda ſenectutis.

Edentuli

Silicernii

Exẽplũ berzelai.

tur regi ita dixisse prout scriptũ legimus libro secun- do βασιλεων idest regum siue regnorũ. Quot sunt di es annoꝝ uitę meæ:ut ascendam cũ rege in Hierusalem.octogenarius sum hodie.nunquid uigēt sensus mei ad discernendũ suaue aut amarum? aut delectare potest seruum tuum cibus aut potus? uel audire possum ultra uocē cantorum atq; cantricum? Quare seruus tuus sit oneri dño meo regi.hisce senis galaditæ uerbis concinit Licinius caluus homo Romanus exactæ ætatis & magno natu senex/qui tribunatum militum deprecatus ita uerba fecit ad Quirites. Me iam nō eũdē sed umbram nomēq;.P.Licinii relictũ uidetis:uires corporis affectæ/sensus oculoꝝ atq; aurium hebetes.Memoria labat.uigor animi obtusus.

Ex libro secũdo regum.

Exēplũ calui senis.

Merito senectus ætas mala ab auctoribus nũcupatur:quam inter cætera morborum genera:ut iquit ueridicus Hippocrates/& Hippocratem sequutus Cor.Celsus maxime infestant Dyspnoea & strangu ria.hoc est spiritus & urinæ difficultas. Coryza idest grauedo & pituita.Nephrytis & Paralysis:ita græce dicuntur renum dolores:& neruorum resolutiones. Adde & cacexiam idest malum corporis habitum. Lyenteriam idest intestinorum lenitatem cæteraque fusi uentris mala:quibus senes uexantur.

Aetas mala.

Dyspnoea.

Strãguria.

Coryza.

Nephrytis.

Paralysis

Cacexia.

Lyēteria.

Somnus/ut nemo nō nouit/curarum abolitor uirĩũ stabilimētũ est membrorũq; lassescētiũ refocillatio atq; fultura/& ut Græci dicunt υπνος πεφυκε

Somnus salus corporis. σωματος σωτηρια somnus corporis salus existit: hoc quoq; bono caret senectus: quã torquẽt nocturnæ uigiliæ: quas inter mala uniuersi corporis numerat Plinius noster. hinc illud nõ tã poeticũ q̃ ueridicum oraculũ. Somno iam deteriore senectus.

Galenus. Galenus libro secũdo περι τροφων. i. de alimẽtis, scribit se cũ grãdior natu foret insomnia uexante τριδακας. i. lactucas esitasse cõciliãdi somni causa: idq; sibi unicũ Alexipharmacon αγρυπνιων. i. medicamẽtum uigiliarũ depulsoriũ extitisse: quibus infestabatur. Summebat autẽ id olus in fine cœnæ. sic enim lactuca somni est conciliatrix. & ob id cœnas auorum clausisse traditur cum esset esca nouissima: quod & Maronianũ carmen testatur, grataq; nobiliũ requies lactuca ciborum. nunc uero dapes inchoat in acetariis, & cœnæ principium fit, quia cibi facit appetentiam: & a stomacho fastidium aufert.

alexipharmachon. Cur lactuca in fine cœnæ. Cur ĩchoat dapes.

Quin etiã uersus græcus senectutem ita infamat. χαλεπον το γηρας εστιν ανθρωποις βαρος. senectus inquit onus ẽ hoibus. oppido q̃ graue & ingestabile. hinc plautina anus. Tãtum inquit hoc est oneris qđ fero: quid oneris? Annos. lxxx. & quatuor.

Senectus onus ĩgestabile.

Ad hæc iuuenis cito mori põt, Senex diu uiuere nõ põt. quãq̃ nihil in uita hoĩs potest esse diu. Quid enim nõ modo ẽ o senex annose & Polychronie si recorderis? Mõ puer fuisti sub pędagogo. mõ adolescẽtior sub grãmatico manũ ferulæ subduxisti. Mõ iu-

Quid nõ modo.

uenis dipsciplinã sceuolarũ discere cepisti. Modo uir eãdẽ ꝓfiteri. Modo senex desisti uelle. Modo desiisti posse: incredibilis est uitæ humanæ rapiditas.

Meta uiuẽdi est: ut Physici autumant: Annus septuagesimus: quãdo scilicet eptas decadi copulatur. hoc idẽ sensit Psalmographus scribens. Anni hominis septuaginta: si aũt in potẽtatibus octuaginta. supra autem. κοπος και πονος idest labor & dolor. Meta uiuẽdi. Dauid psalmographus.

Plato finẽ uitæ legitimũ annũ octuagesimũ primum esse existimauit. habuitq; legitimũ: siquidẽ illo ipso anno uita decessit natali suo extĩctus. ideoq; magi defuncto Platoni. perinde ac deo immolauerunt. ꝙ annũ unũ atq; octuagesimũ sine ulla deductione impleuisset: consumassetq; numerum perfectissimũ: quem nouem nouies multiplicata componunt. Plato natali suo defunct9.

M. Varro longissimũ spatiũ senescendoꝝ hominum centum annos esse tradit. Vnde & seculũ a sene dici spaciũ centũ annoꝝ: cui sententiæ subscribit astipulaturq; Caius Iurisconsultus: qui titulo de usu fructu. sic refert. Placuit cẽtum annis tuendos esse municipes: quia is finis uitæ longęui hominis est. M. uarro Seculum a sene. Caius Iurisconsultus.

Doctissimi mathematicoꝝ: ut Berosus & Petosyris & necepsos annos homini ad uiuendũ datos. plus minus centũ uiginti ex siderali sciẽtia iudicarũt: quot Argatoniũ Gaditanũ uixisse accipimus: qui annos octuaginta regnauit cũ. xl. regnare cœpisset. Berosus. Petosyris Argatonius longęuus.

Illud quoq; accepimus Mosen / q uulgo Moyses

nominat / Solum dei familiarem. Vt Iudęorum libri loquuntur. c.xxv. annos uixisse: qui cum quereretur: ꝙ iuuenis interiret: responsum ei ferũt ab incerto numine. hominem neminem plus esse uicturum.

Anni Moysis.

Prudens prætereo: quæ conditores canonicarum scripturarũ tradiderunt: primigenios homines longe uiuaciores diuturnioresq; fuisse: finẽq; humanæ uitę præscriptum pluribus annorũ sęculis transcendisse. Nãq; si credimus Plinio anni illi fuere lunares menstruo spacio terminati. Vt non mirum sit quosdam prodi millia annorum uixisse: sed nos credamus uera esse: quæ ĩ instrumẽto ueteri fide historica traduntur. Quæ diuus Augustinus astruere conatur.

Primigenii homines diuturniores

Mille annoꝝ uixisse.

Quid posteritas ipsa cõmisit? quid nepotes peccauerunt? quid nos deliquimus? ut tantillo spacio: tanq; arctis cãcellis uita nostra includeretᷣ? Cur nos quoq; / sicuti tritaui illi primordiales / mille annorũ nõ uiuimus? & uita diuturniore non fruimur? Sed hæc cum non sint operis instituti / transeunter attigisse sat est.

Ergo agedum: homo impleat annos septuaginta: quæ est meta uiuẽdi. octogesimũ primũ excedat: q ẽ longissimus Platoni uitæ terminus / fiat sæcularis: & cẽtũ annos relinquat a tergo. uiuat Argathoni annos uiuat & mosaycos centum uiginti quinq;: quos ex diuino responso nephas est excedere. fiat triseclis Nestor. ut anni dextra computandi sint. Viuat ætatem Tithoni: de quo est græcum prouerbium τιθωνου

Trisceclis Nestor.

Prouerbium.

Tithoni senectus.

γηρασ .i. Tithoni ſenectus: nonne tamen hic ſenex Macrobius & Polychronius bulla erit? & nihil ſunt dies eius. Nonne friuola eſt hæc ætas: & quam quadrupedes aliquot uolucreſq; tranſcendant.

Audite quæſo Heſiodum canentem

Hesiodus

Εννεα τοι ζωει γενεασ λακερυζα κορωνη.
ανδρων ηβωντων. ελαφοσ δε τετρακορωνοσ.
τρισ δ ελαφουσ ο κοραξ γηρασκεται.

Cornix uiuax.

ideſt garrula cornix nouem hominum uiuit ætates: Ceruus aũt quattuor cornicũ. Coruus uero trium cer uorũ ætate ſeneſcit. Heſiodicã hãc ſententiã Plinius noſter elegãtius: breuius: purius explicauit hiſce uer bis. Heſiodus cornici nouem noſtras attribuit ętates. Quadruplũ eius ceruis. Id triplicatũ coruis. Plutarchus in libro περι των εκλελοιποτων χρηστηριων. ideſt de oraculis quæ defecerunt ſubtiliter & ſcite diſſerit ſup hoc Heſiodi carmine: quid ſit γενεα & quot annos complectatur: quã noſtri ætatẽ interpretantur quam quidam unius/quidam pluriũ/quidam pauciorum annorum eſſe definiunt.

Plutarchus. Genea quid.

Cum igit̃ corui ſint hominibus diuturniores. cũ cornices & cerui ſint nobis uiuaciores: de qbus ſunt græca prouerbia υπερ τασ κορωνασ βεβιωκωσ. υπερ τασ ελαφουσ. ideſt ultra cornices ultra ceruos uixit. merito Theophraſtus ille ĩ familia peripatetica elegãtiſſimus: cui ex diuinitate loquendi inditum

Prouerbia de cornicib9 & ceruis.

nomē:moriēs accusasse naturā dicit̄:q̄ ceruis & cor-
Querela theophrasti. nicibus uitā diuturnā/quorū id nihil ītereſſet:hoībus quorū maxime interfuiſſet/tam exiguā uitā dediſſet: quorum si ætas potuiſſet eſſe longinquior futurum fuiſſe ut omnibus perfectis ætatibus omnium doctrina hominum uita erudiretur.

Cæterum credamus hæc eſſe fabuloſa/aſſentiamurq̄ Ariſtoteli & Ariſtotelico Alberto Magno ſcri-
Albertus magnus. bentibus hominem uiuere plus temporis q̄ reliqua Animalia omnia excepto elephāto:tamen homo bulla eſt:& eo magis ſenex:cuius uitæ tanta rapiditas eſt tam īenarrabilis uelocitas/ut prius trāſacta ſit q̄ īſpecta:ut dum uiuere nos ſperamus.Iā uixiſſe cū ſuſpirio reſpiciamus:qua in reputatione ſubit illud ridicu-
Scitū mileſii ſapiētis. lum.q̄ quidam de ætate gloriant̄:& annos numerāt iam amiſſos.Vnde non ineleganter Mileſius ſapiēs dicenti cuidam.lx.annos habeo:hos inquit dicis.lx.
Annos p̄teritos nō habemus. te habere quos non habes.Etenim præteriti dies non magis in noſtro mancipatu ſunt:q̄ futuri.

Præterea quemadmodum ex amphora:ſic ex uita qđ ſinceriſſimum eſt primo efluit/quod turbidum fe-
Septē ętates a ſeptē planetis. culentumq̄ in imo ſubſidit.

Septem homini ætates a numero erraticarū ſtellarum Philoſophi diligentiores aſſignant:& Hippocrates medicus in ſeptem gradus ætatū diſtribuit ui-
Prima ætas lunæ. tæ uniuſcuiuſq̄ finem.Prima ætas lunarem ſequitur poteſtatem.tunc enim ſecundum uegetalem alentēq̄

uiuimus facultatẽ. Secunda mercurialem: quãdo literarũ cytharæq; & palestræ similiũq; ludorũ studiũ exercemus. Tertia ueneriam: quãdo turgent genitalia: & ad genituram incitamur. Quartam solarẽ: tũc enim regnat uigor ætatisq; perfectio properat ætasq; media. Quinta Marti ancillatur, in qua opes & uictorias concupiscimus. Sexta Iouiale sidus affectatur: quæ prudentiam & uitam actiuam ciuilemq; desiderat. Septima uero quæ fœculenta est ætas & frigida Saturnũ habet ducem: in qua a generatione desistimus quæ uita nouissima est. Sunt autem hæc curricula septena tam breui spacio terminata ut homo cum ad metam septimam peruenerit: in primo adhuc stadio esse se credat: ut prius cursum peragat: q̃ ad cursuram succinctus accesserit: Deniq; ut prius mori se sentiat: q̃ uiuere inchoauerit. Audite quo rem deducam: si annus ille uerus est annus quem magnũ: uel potius maximum uocant: quo eadem positio cœli siderumq; cursus existit: qui horum quos nos uocamus annorũ millia aliquot cõplectitur homo nemo quãtũuis annosus & senex dimidiatũ uitæ mensem uixisse existimabitur: & ita nullus annus: nullus mẽsis in æuo hominis uel diuturno numerabiť.

Secunda Mercurii

Tertia ueneris.

Quarta Solis.

Quinta Martis.

Sexta Iouis.

Septima Saturni.

Quidã olim ex numero philosophoꝝ librũ cõdidit, quo docebat queadmodũ homines nõ senescerẽt. & iuuenta perpetua iugiter fruerentur: uellem nobis aliquid ex eo medicamento propinari: quo nullũ fo-

Liber, ne senescant homines.

ret preciosius si usquam reperiretur. Sed cũ nusquã reperiatur: nihil illo fabulosius. Meritoq; Galenus in libro περι του μαρασμου. i. de tabe Philosophum illũ tanti muneris ꝓmissorẽ: ut ridiculũ nugatoriũq; deridet: atq; subsanat: qui de hominibus non senescẽdis disciplinã ꝓfessus tamẽ ipse consenuerit, similis a Democrito promissa uanitas de corporibus hominum reuiuiscendis: qui non reuixit ipse.

Galenus

Vanitas Democriti.

Ergo homo cum bulla sit eoq; magis senex ĩmortalia ne speremus: cũ nihil sit mortalitate nostra mortalius: ne spiremus superbiã cum nihil sit nostra fragilitate fragilius. Singulos dies singulas uitas putemus: euntes cubitum dicamus uixi: & quem dederat cursum fortuna peregi: ille enim beatus degit. cui licet in diem dixisse uixi. quis quis dixit uixi quotidie ad lucrum surgit. Sit mens nostra haud quaq̃ de crastino sollicita: nam qui pendet ex crastino perdit hodiernum. Tu quãcũq; deus tibi fortunauerit horam Grata sume manu. nec dulcia differ in annum. Viue memor q̃ sis æui breuis. Deniq; simus memores illi9 oraculi famigerati quod inquit. γνωθι σαυτον cognosce teipsum. Quod q̃ late pateat q̃ multiformiter interpretetur anno proximo scite opinor copioseq; disserui. Itaq; cludamus prouerbialem hanc, q; homo bulla est, disputationem cum Plinio dicentes. Is demum profecto uitam æqua lance pensitabit: qui semper fragilitatis humanæ memor fuerit. sed iam tem-

Vixi.

pestiuum est:ut exequamur reliqua propositi:& prouerbia prout cœpimus morali succulentaq; explanatione pensitemus. Vos ut cepistis attẽdite:succinctior enim breuiorq; in singulis deinceps ero:ut siqd nauseæ ex primi prolyxitate collegistis:id reliquorũ breuitate discutiam.

Paroimia Græcorum est γονυ κνημης εγγιον. idest genu crure propius est:dicitur autem de his qui se ipsos magis q̃ amicos diligũt:cui cõsimile est illud apud nostros uetus uerbũ/omne sibi esse melius malle q̃ alteri:& illud/egomet sum proximus mihi:consimilis quoq; est illa prouerbialis plautina sententia/ tunica pallio propior est.

Paroimia. genu crure ꝓpius.

Tunica propior pallio.

Narrãt greci quẽdam cum uideret fratrẽ/& fraternum hoc est fratris filium bello oppressos periclitari: protexisse ex duobus fratrem: dixisseq; hoc ꝓuerbiũ γονυ κνημης εγγιον.i.genu crure est propinquius: tãq̃ frater potius iuuãdus fuerit/q̃ fratris filius:cuius proximitas & gradus est arctior. Docemur autẽ hoc adagio:ut in nobis sit caritas ordinata:sicuti ecclesiastica documenta præcipiunt: ne ordine præpostero posteriores prioribus anteponamus.in plurimis autem ut inquit scitissime Origenes in cantici omeliis charitas inordinata conspicitur. Qui quod in primo loco diligere debent/diligunt in secundo. Quod in secundo diligunt in primo: & quod oportet amare quarto amant tertio. & rursus tertium in quarto.

Fratern9

Origenes Caritas inordinata.

& sic in plerisq; ordo est in amore præposterus: atq; confusus. Vnde fit, ut aliquando pallium tunica, & crus genu sit propius.

Ciuis externo anteponēd9 — Lex naturæ deposcit, ut secūdum nos diligamus parentes dein filios, mox domesticos nostros: ꝓpior est colligatio interiorq; societas cum ciuibus q̄ cum

Exemplū Alcamēis Signifex. — externis: hinc illud exemplum dignum memoratu. Alcamenes Atheniēsis & Agoracritus parius in scalpendo marmore significes clarissimi, Phidiæq; discipuli inter se ambo certauere in signo Veneris faciendo: uicitq; Alcamenes suffragiis Atheniēsiū: qui cōtra peregrinum ciui suo suffragati sunt ueluti concinentes: Tunica pallio propior est.

Nihil nobis chari9 q̄ nos. — Natura rerum parens induit nobis inoleuitq; in ipsis statim principiis quibus nati sumus: amorē nostri & charitatem ita prorsus: ut nihil quicq̄ esset charius pēsiusq; nobis q̄ nosmet ipsi: ut quisq; in se ipso suisq; rebus prouerbium comprobet. γονυ κνημης εγγιον genu crure proximius.

Philautia — Interdum tamē usu uenit, ut nimio nostri amore: & ut Græci dicūt philautia peccemus: quæ ueluti occæcatos reddit: & a recta semita transuersos trudit, ut uitia nostra excusare malimus q̄ excutere: ut dum illud pertinaciter asserimus Tunica pallio propior est: nec tunicæ nec pallii ueram rationem habeamus.

Ex hac nimirū philautia fit, ut unusq̄sq; se primū eius artis, quam profitetur artificē iactitet: ut sese in-

ter summi subsellii uiros ostentet: in secūdis tertiisq̧ consistere erubescens. hoc agitedum exemplis illustribus nec inuulgatis ostendatur.

Xerses ille potentissimus Persarū rex: qui ut oēs nouere/maria inambulabat/Terras nauigabat/cuius copiis militaribus flumina nō suffecere: cuius classibus angusta fuerunt maria: qui multitudine sagittarum cœlum obumbrabat: indicto bello terribiliter græcos inuasit. Sed sicut introitus in græciam fuit formidandus. Ita exitus erubescendus. siquidem nauali apud salaminam prælio profligatus fugitiuo similis e græcia turpiter aufugit. Exēplū notabile Xerxes.

Græci post partam inclytam uictoriā: & prædam hostilē dispartitā ad isthmū nauigauere: daturi præcipuum præmiū græcorꝝ meritissimo: qui in hoc bello præclarissime rem gessisset. Itaq̧ iussi duces sunt suā quisq̧ sentētiā scriptā deferre in aram Neptuni: quē nam ex omnibus primū/& quē secūdum iudicarent. Ecce tibi philautia. ecce tunica pallio ꝓpior. Quisq̧ se primū scripsit: se se illum qui præstātissimus oīum extitisset existimans. Secūdas uero partes ferme oēs dedere Themistocli/ex quo is primus recte iudicatus est: qui cæterorum iudicio secundus habebatur. Quis primus. Quis secundus. Quisq̧ se primū scribit.

Cōsimilis philautia: & nimius sui amor apparuit in illis quoq̧ laudatissimis artificibus/qui uenientes in certamen/fecerunt ex ære Amazonas/quæ cum in tēplo Ephesiæ Dianę dicarent̃ placuit eligi ꝓbatissi- Themistocles secūdus iudicatur.

mam ipsorum artificum qui presentes erant iudicio: Quisque suam primam iudicauit: cum omnes secundam a sua Amazonem Polycleti iudicassent. Itaque illa cunctis prælata est. & prima merito habita: quæ omnium iudicio secundas obtinebat. Iccirco illi castigatione censoria digni uidentur: qui se ipsos maxime amant: qui græco uocabulo φιλαυτοι idest sui amatores appellantur. Sit equidem in beneficiis dandis tunica pallio propior sit & genu crure proximius: ut scilicet in amicum magis quam ignotum benefici simus: ut domesticum: ut necessarium: ut familiarem extrariis anteponamus: ut nostris prius quam alienis opitulemur: hæc est ordinata charitas: hic ordo diligendi. Sed sæpe multa interueniunt propter quæ magis peregrinus quam ciuis: extrarius quam domesticus sit fouendus: subleuandusque: Quod nisi feceris male audies infamiaque pulsaberis: Apud maiores hoc obseruatum est ut in opera danda officioque faciundo hospites cognatis affinibusque anteponerentur: essentque potiores.

Amazon Polycleti cunctis anteposita.

Philauti.

Hospites cognatis anteponebantur.

Et sane Romani quorum exemplis latina micat historia: tantopere alienigenas fouerunt: ut peregrini Romæ regnauerint. ut Claudia gens ex Sabinis in Patricios cooptata sit: ut Portii tusculo. corucani camerio in senatum asciti sint ut Cor. Balbus maior: homo externus & in extremo oceano genitus. hoc est Gaditanus ad fastigium consulatus aspirauerit. denique ut iuridicum magistratum romæ esse uoluerit: qui ius diceret pe-

Peregrini electi in senatum.

Cor. balbus maior.

culiariter pegrinis.uñ & pegrinus ꝑtor nũcupatus. Pretor peregrinus.
Itaq; decet uirum prudentem solerter cuncta perpendere & prouerbii meminisse. Quatenus res/ratioq; permiserit. Alioqui si dixeris/tunica pallio propior est/ita retaxari poteris. Nec pallium/nec tunica quid sit/satis probe nosti.

Aristoteles in.ix.Ethicorum meminit huisce prouerbii græci.γουυ κνημησ εγγιομ.memorat & illa ισοτησ φιλοτησ.i.æqualitas amicitia/& μια ψυχη anima una.& φιλωμ παμτα κοιμα amicorum oĩa communia/ostendens hæc uniuersa competere ad eũ qui maxime sibi est amicus/& ꝙ se ipsum maxime amare oportet.Quod totum discerniculo Philosophico diiudicat/& philisophica grauitate perpendit: hoc modo.Bonum inquit uirum oportet.φιλαυτομ ειμαι.i.sui esse amatorem.Nam & sibi ipse & cæteris proderit agendo honesta.prauum autem non oportet:nanq; & sibi nocebit/& propinquis:affectus prauos sectando.Demus ergo operam ut boni simus. ut & nobis & cæteris prodesse possimus:ut φιλαυτοι idest nostrimet amatores cũ laude dicamur. Deniq; ut possimus decenter dicere & conducenter:γουυ κνημησ εγγιομ genu crure propinquius/& Tunica pallio propior est. Aequalitas amicitia. Amicorũ oĩa cõia.

Paroimia apud Græcos inclyta est. νομοσ και χωρα idest lex & Regio:qua significatur ꝙ non omnibus unus est uiuendi mos.non lex non cultus/ Prouerbium. Lex & regio.

Sed ſingulas nationes propriis uti legibus/& ſingulis gentibus ſuos eſſe ritus peculiariaq́ʒ inſtituta.unde ius ciuile uocatur Iureconſultis ius proprium cuiuſq́ʒ ciuitatis/quæ & iura municipalia dicuntur.uerum cum uarietas abſtergeat aurium faſtidium/ſitq́ʒ ut camenæ græcę canunt/omnium iucundiſſima/hac utemur uarias capitulatim memorantes Priſcarum nationum leges & ritus.

Ius municipale.

Gordiorũ populoꝝ lex eſt/ut regẽ eligant eũ:qui ſit ipſorũ pinguiſſimus habitiſſimuſq́ʒ.Vbi ſtrigoſus & Macer de regno nõ cogitat.Syrracei Regẽ faciunt proceriſſimũ grandiſſimũq́ʒ. Vbi Pomilionibus & Pygmeis nulla aſpirandi ad regiũ faſtigiũ ſpes.Carthaginenſes imperatorem eligũt nõ ſecũdũ nobilitatem ſed ſecũdum uirtutẽ.Vbi ſtemmata imagineſq́ʒ fumoſæ nil ꝓſunt nobili ignauo & inerti.Iidem pueros patricios ingenuoſq́ʒ Saturno ímolant.unde fit.ut apud illos malis celebs eſſe q̃ maritus/orbus q̃ pater:hanc legem terram:& inhumanę crudelitatis plenam ſignat Silius his uerſibus:

Rex eligitur píguiſſimus.

Rex fit ampliſſimus Imperator ob uirtutẽ

Pueros ſaturno uictimant.

Mos fuit in populis quos condidit aduena Dido
Poſcere cede deos ueniam/ac flagrantibus aris
Infandum dictu paruos imponere natos.

Hydropotæ.

Perſæ inter uina magnis de rebus cõſultant:quas firmiores putant q̃ quæ in ſobrietate tractantur:Vbi Hydropotæ ideſt aquæ potores ut mali conſiliatores exploduntur: Vbi conſiliariis abſtemiis: & inuiniis

Inter uía cõſultatio Inuinii.

nõ est locus. Item reges ut deos uenerant: ea adoratione quæ προσκυνησισ uocatur. Apud eosdẽ filius ante quinquẽniũ in cõspectũ patris non uenit more probatissimo, siquidem decedens inter educationem ætate illa infantili nullum uel minimum affert patri mœrorẽ tristiciãq;. Consimilis quoq; gallorũ mos: qui suos liberos nisi cũ adoleuissent palã ad se adire non patiebantur: filiũq; in puerili ætate in publico in cõspectu patris assistere turpe ducebant. Apud eosdẽ pro uictimis homines immolebantur.

Proscynesis. Filius añ quinquẽniũ a patre nõ uisitur.

Apud parthos plures uxores uni uiro maritantur. & cum commodius sit ut una duobus nupta sit: q̃ ut uni duę nubant: illi per innumeras cõiuges uolutantur: instar gallinaceorũ salacissimi. Neq; salacitate nimia fatiscentes. Quibus herba illa theophrasti habẽda foret: cuius tactu auctor ille grauis tradidit septuagesimo concubitu durare libidinem.

Herba theophrasti ad coitum.

Apud eosdem lex erat ut filias: sorores matres quoq; ipsas in matrimonium ducere liceret: & quæ apud nos infanda sunt coniugia apud illos legitima habebantur: quod totũ ut barbaricum ac detestabile prorsusq; ferinum sic sugillat & execratur Lentulus apud Lucanum.

Num barbara uobis
Est ignota Venus: quæ ritu ceca ferarum
Polluit innumeris leges & federa tedæ
Coniugibus: thalamiq; patent secreta nephãdi

Lucanus in incestũ Parthorũ.

Inter mille nurus: epulis uesana meroque
Regia non ullis exceptos legibus horret
Concubitus. tot foemineis complexibus unum
Non lassat nox tota marem: iacuere sorores
In fratrum thalamis sacrataque pignora matris.

Magi ex cócubitu matris & filii.

Magi quoque qui Philosophi sunt Persarũ ex ritu diræ superstitionis nascunť ex infando matris filiique concubitu. Quod & Catullus ostendit illo uersu.

Nam magnus ex matre & gnato gignatur oportet:
Si uera est persarum impia relligio.

Apud eosdem fas nõ est expuere in mare, lauare corpus in flumine, & meiere in amnicas aquas: naturã eam talibus usibus uiolari existimantes.

Trausi Luctuosa puerperia.

Trausi: qui sunt Thraciæ populi habent luctuosa puerperia funera lætabũda. nãque edito puero: propinqui eum circũsidentes cõploratione ꝓsequunť. recẽsentes quascũque necesse est illi: qui uitam ingressus sit: perpeti humanas calamitates: eum uero qui fato functus decesserit per lusum leticiamque sepeliunt referẽtes quot malis sit liberatus: tanq̃ mors eripiat homines a malis nõ a bonis. Res hæc in ædibus Bentiuolorũ in ambulacro uiridarii graphice depicta est Monochromateo genere picturæ: cui subscriptum legitur nostrum hoc monostichon.

Hi uitæ erumnas deflent.

Hi uitæ erumnas deflent: hi funera plaudunt.

Massagetæ.

Massagetæ in uia in propatulo, sine pudore concumbũt tanq̃ cynicorum dogmata probent: & Cratetis

sectentur exemplum. qui in porticu in loco celebri coram luce clarissima cum uxore Hipparche concubuit: quos Zeno iniecto palliastro a circunstantis coronæ obtutu defendit protexitq;. Exẽplũ Cratetis.

Alani Creophagi sunt hoc carnibus est alunt pane non uescentes a dogmate Pythagorico deuii penitusq; abhorrentes. Alani creophagi.

Ichthiophagi solis piscibus uictitant, unde & nomen tanquam illorum sectam emulentur, quorũ uita pisculenta est, esu carnium interdicto. Icthiophagi.

Galactopotæ lacte nutriunt, qđ & nomẽ ostẽdit. Galactopotæ.

Aegyptiorũ mos iste cõuiualis memorat. ex ligno simulacrum mortui factum longitudine cubitali simillimum uero circunfert unus in cõuiuio, ostẽdẽsq; id singulis coepulonum ait, tu in hũc intuens. ede bibe lude talis post mortem futurus, Quem ritum signat & Silius canens, ægyptia tellus Mos ęgyptiorum. Ede bibe

Corpora & a mẽsis exanguẽ haud separat umbram.

Iidẽ ægyptii sed & æthiopes: & Colchi circũcidũt genitalia: qđ nũc ꝓpe peculiariter iudęi obseruant: q̃ octauo die cultro petrino ex mosaica lege pueros circũcidunt. Iidem quolibet die Saturni: hoc est singulis sabbatis feriati ociant. Quod illudit Seneca ostẽdens septimã uitæ partem perdere iudęũ. cui ut inq̃t Satyrographus septima quæq; fuit lux Circũcisio. Sabbatũ dies saturni.

Ignaua: & partem uitæ non attigit ullam.

Germanorum uita oĩs antiquus in uenationibus consistebat. omnes instrumento uenatorio instructi Germanorũ uita ĩ uenatu.

feras uestigabant.ita duriciei corporis firmitudiniq;
studentes. Quod genus exercitationis.ut uirile maxi
me probat Plato libro.vii.de legibus.

Possem exempla hoc genus prope infinita conge
rere.sed occurrendum est sacietati: cum satis superq;
constet ex antedictis uerum esse prouerbium.quod
ait.νομοσ και χωρα lex & natio:ex quo illd̄ quoq;
commonemur plus in hominibus pollere leges & ri-
tus q̄ uim sideralem:qua mathematicis cuncta cōfie
ri est persuasissimum. Nec enim ulla positura stella-
rum & radiatio esse potest:quæ omnes iudeos impel
lat ad circuncisionem octaua die faciendam:ubicūq;
nascantur:nec possibile est omnes eundem habere
horoscopum eandemq; genituram:sed ex præscripto
legis hoc fieri certum est. Sic & Christiani tincti fiūt
hoc est baptizati nō ex sidere natalitio/sed ex dogma
tis nostri instituto.

Plus lex pollet q̄ sidera

Tīcti christiani ex lege.

Nec apud Parthos:ac Persas Magussei:sic enim
appellantur incesta matrimonia ineuntes:habēt oēs
in natiuitate Venerem in domo Saturni cum Satur-
no coniunctā:quæ radiatione Martis maleuola aspi/
ciatur.nec Germani omnes habent Horoscopum in
quarta parte Leonis/nec oriente canicula nascuntur:
quibus sideribus horoscopantibus:ex sideralis scien
tiæ placitis uenatores producuntur.

Magussei qui.

Apud Getulos lex est a mulieribus agros coli/do
mos ædificari:omnia odoramenta unguētaq; asper-

Lex getulorum.

nantibus: uestes quoq; infectu coloris preciosas fastidientibus: econtrario uiri hisce omnibus oblectantur cum sint tamen bellicosissimi. nec tamen dicendũ est fœminas omnes Getulorũ in Capricorno aut Aquario male affectam Venerem habuisse: nec uiros oĩs in Ariete una cum Marte Venere constituta natos esse: Quod fortes simul & delicatos efficere uiros Chaldeorum siue Mathematicorum decreta conclamant.

Cætera de genere hoc adeo sunt multa loquacem delassare ualẽt Fabium. Sat nobis sit summatim ista libasse: nec in hæc diuertisse fuerit alienum propter innulgatam assertionẽ: qua traditum est, omnia quæ agunt homines, & minutissima quæq; fieri ui siderali fatiq; decreto. Nos potestati stellarum multa imo maxima tribuimus: Non inficiamur terrena cœlestibus ancillari: esseq; ipsius fati necessitati obnoxios mortales: quod & mox paulo planius liquebit. Sed & libertatem arbitrii & legem & consuetudinem plurimum pollere in hominibus alacriter asserimus: id quod præter, cæteros sentit Apollonius Tyaneus: qui ait apud Philostratũ homines naturæ legiq; seruire. Alioqui si homines nihil sua sponte, nihil arbitratu suo faciãt sed ducẽtibus stellis & aurigãbus: plane homines nõ λογικα ζωα idest rationalia aĩalia: sed ludicra quædam præstigiatorum & ridenda neruis mobilia esse uidebuntur.

Apollonius.

Hoĩes seruire legi.

Ex hoc eodem prouerbio. quod est νομοσ και

Χωρα lex & natio/admonemur/pulchrum esse multas terras peragrare/multarum nationũ leges & mores inspicere. Pars sapientiæ non minima est nouisse gentes multiiugas & gentium ritus. Sic poetæ heroas illos singulari preditos sapientia fuisse declarant: qui peregrinatores extitissent multaq; loca erroribus diuturnis peragrassent. sic ille ingeniorum fons Homerus Vlyssem preconio uirtutis extollit: qui mores hominum multorum nouit & urbes. Ex hac laude censendus est Protonotarius meus Bentiuolus: qui suscepta hierosolymaria peregrinatione: uoluit presens oculis contemplari loca religiosissima: quæ auribus absens celebrari quotidie inaudiebat: qui cum plautino milite congruens dicente pluris oculatus testis unus q̃ auriti decem. Duce religione intrauit maria magnas terras obeuntia/& penitissimas iudeæ gentes accessit. Hierosolyma quem iudææ umbilicum tradunt introiuit: ubi tẽplũ illud Solomonis famigeratum: & cætera monumẽtis historicoꝝ loca celebrata pspexit. Syon ascẽdit: que arx uel specula interpretatur. Vbi sepulchrũ Domini sanctitudinis & uenerationis plenũ uenerabũdus salutauit: & sane sacram scripturã lucidius is intuebit: ut inquit diuus Hieronymus: qui iudæã oculis contemplatus est. Sicut græcorum historias magis intelligũt qui uiderint Athenas. Laudabile est fuisse hierosolymis: & si laudabilius est hierosolymis bene uixisse. Cõmonefacit nos

Peregrinatio laudabilis.

Protonotarius Bẽtiuolus petiit hierosololyma.

Pluris oculatus testis q̃ auritus.

Vmbilicus iudee

Syon specula.

frugiferum hoc prouerbiũ νομοσ και χωρα ut ex contemplatione uariarum nationum & morum:quæ laudabilia sunt & sancta emulabundi sectemur:quæ culpabilia & obscena factu uitabũdi repudiemus.

Paroimia græcorũ ẽ τρυγονοσ λαληστεροσ turture loquacior:quæ de loquutuleis:& blacteronibus atq; in uerba prouectis hominibus dicitur:quoniam turtures non solum ore:sed etiam posterioribus mẽbris resonare ac obstrepere creduntur. Docemur hoc prouerbio salubriter & scite ne simus futiles:& imo dici loquutores ne os nostrum scateat uerbis lapsantibus/ne loquacitatis neuo deuenustemur:cui cõsimile est alterum illud. το δωδωναιον χαλκειον lebes dodoneus cuius meminit Menãder. Fuit enim dodone lebes æneus supra columnam in sublimi positus/puer autem & ipse ex ære febrefactus in altera cominus columna constitus flagellum æreum tenẽs flante uento lebetem æneum persępe circũactus percutiebat/& ita diu lebes ille resonabat. Vnde adagiũ hoc ortum est de garrulis & nimium diu tinniẽtibus. Quod ne de nobis merito dicatur/etiam atq; etiam cauendum est. Natura nos tacita quadam institutione formauit ad parciloquium quæ duas homini aures dedit/os unum:ut plura uidelicet audiret q̃ loqueretur. In multiloquio ut inquit Solomon in prouerbiis peccatũ nõ deerit. Contra sermoni parci. multis de causis salutare est:ut inquit prudẽtissime Plinius.

Prouerbium. Turture loquacior. Lebes dodoneus.

Multi impēdio loquaciores sępenumero uoces effutiunt: quę mox per iugula reuertuntur: & sæpe lubricum linguæ trahitur ad pœnam: quāuis Iureconsulti non trahendum esse præcipiāt ad legem Iuliā maiestatis, ut inquit ille. Nescit uox missa reuerti.

Lubricū linguæ.

Et simul emissum uolat irreuocabile uerbum.

Hinc laudatus Xenocrates ille Platonicus: qui cū maledico quorūdam sermoni taciturnus interesset, uno ex his quærente cur solus taceret, scitissime respōdit, quia dixisse me inquit aliquādo pœnituit, tacuisse nunq̄. Græci dicūt ψυθιρον ανδρα εκβαλε στο οικιασ. idest hominem loquacem ex ędibus tuis explodito. cui concinit symbolum illud Pythagorę, hirundinem in domo non suscipiendam, quod significat garrulos & uerbosos homines sub eodē tecto non habēdos. hic est ille Pythagoras primus philosophiæ nuncupator qui loquacitatem improbans discipulos elinguabat nihil eos prius docens q̄ tacere. Vbi autē silentio eruditi & εχεμυθιαν idest taciturnitatē bene didicerant, tunc uerba facere & quę opinarent̄ expromere potestas erat: sed hoc erat primum sapiētiæ redimentū meditari condiscere, loquitari dediscere, nec omnes pari tempore elingues: sed alius plus alius minus tacebat: loquaciores in quinquēniū uelut exilio uocis puniebantur: bonum est auditores optimi nō nūq̄ pythagorissare & εχεμυθιαν pythagoricā perdiscere: idq; facere: quod Melissiū Mecęnatē fa-

Xenocratis respōsum.

Symbolæ pythagoræ.

Hirundo eliminanda.

Silētium pythagoreorum.

ctitasse accipimus: qui silētium triēnio sibi impauit. Silētium
In sacris Priscorū Ethnicorum: hoc est gentiliū silen Mecœna
tium tanq̄ salutare præcipit/in quibus notissimū est tis.
illud uerbū. Fauete linguis/quo silentiū imperat/ut Fauete lī
rite peragi possit sacrum nulla uoce mala obstrepēte. guis.
alterū est sacrificale uerbū minus uulgo notum in eā
dem sentētiā/pascito linguā hoc est coerceto/contine Pascito
to taceto. Nāq; ut scitissime refert Hieronymus & in linguam.
Decretis canonicis. Dist. v. de consecratione repetitū
est/uerborum multitudine non flectit deus/qui non
tam uerbis q̄ corde est adorandus. hinc in cerimonia
Romanorum diua Angerona digito ad os admoto silē
tium denūtiabat. huc quoq; pertinet Arpocrates ægy Angero-
ptyacæ religionis deus: qui figurabat ore obsignato na.
uocē premens digitoq; silentiū suadēs. Cū igit silē- Arpocra/
tium salutare sit garrulitas stulta & detrimentosa/ca- tes.
ueamus ne de nobis prouerbia duo merito dicantur:
τρυγονος λαλιστερος. i. turture loquacior & Δω
Δωναιον χαλκειον. Dodoneus lebes. Ne similes
simus mulierculis: quæ lingulacæ sunt & largiloquę:
de quibus dictū est. nullā inuentā esse mutā in omni
sæculo: & cū nihil æque fœminas ornet ac silentium Lingula-
qd' græce dicit σιγη κοσμον φερει ταις γυναιξι. cæ fœmi-
Fœminæ nostri sæculi hæc ornamenta non norunt: næ.
hunc repudiāt. & schola Pythagoræ obturata gymna Gymna-
sium loquacitatis aperuerunt. ubi sine doctore doci- siū loqua
les: immo ubi omnes magistræ sunt: tam ueteranæ q̄ citatis.

tyrunculæ. Vbi tot pariter pelues & tintinabula dicas pulſari. Etenim ut inquit ueriſſime Plautus ſuppellex muliebris eſt clamor.

Nos uero decet meminiſſe: quẽadmodũ: natura uallũ dentiũ oppoſuit petulẽtiæ uerborũ cohercẽdæ. Quod Homerus appellat. ερκοσ οδοντων. ut ita uerba: quæ uolantia poetæ appellant detractis pinnis intra ſepimentum hoc cohiberentur. bene enim exiſtimatum eſt orationem non in ore naſci debere: ſed in pectore. linguamq; quibuſdã quaſi uinclis ſuffrenandam. Nam ut inquit Heſiodus.

Vallũ dẽtium.

Heſiodꝰ

γλωσσησ τοι θησαυροσ εν ανθρωποισιν αριστοσ idest optimus eſt homini linguæ Theſaurus.

Ennius.

Ennius in hoĩe graphico abſolutoq; laudat imprimis linguæ parſimoniam. illo uerſu. Secunda loquens in tpe cõmodus & uerborũ uir paucoꝝ. Oratio Flacco datum eſt uaticinium: Garrulus hũc quãdo conſumet cũq;: loquaces: ſi ſapiat: uiuet. Nos ergo ne garruloꝝ garrulitate conficiamur uiternus loquaces: & ipſi procul ſimus a Terſita homerico: quẽ αμετροεπη. i. ſine fine uerba fundentem: Maximus poetarum eſſe ſcribit. Tacẽdum ſemper eſt ut olim dixit Maro noſter niſi cum aut taciturnitas ſit obfutura. aut Oratio profutura. Græci canunt. κρειττον σιωπαν η λαλειν α μη πρεπει. & ουδεν σιωπησ εστι χρησιμωτερον. idest melius ẽ tacere q̃ loqui indecora/nihil ſilentio eſt utilius.

Terſites homericus.

Ego adeo prouerbiũ hoc cauẽdũ cẽseo:turture loquacior/ut suadeã potius illud alterũ τεττιξ ακανθιμοσ.i.cicada acanthina:& illud βατραχοσ σεριφιοσ idest rana seriphia:quod de mutis dicitur:& taciturnis.siquidẽ mutas esse ferũt minimeq; canoras acãthinas cicadas:& itẽ ranas in Seripho insula obmutescẽtes progigni: Malim equidẽ dici ut ẽ in alio græcorũ prouerbio.κωφοτεροσ κιχλησ idest tacitur nior turdo:q̃ turture loquacior.sed cũ uirtus sit quędam:ut Græci dicunt μετριοτισ.idest mediocritas nolim tamen ita seruare silentiũ:ut silẽtio peream.id quod amyclis ferunt contigisse.Vnde scite Lucilius. Mihi necesse est loqui.nam scio amyclas tacendo perisse.Scitũ quoq; ẽ illud. Caput sine lingua pedaria sententia est:& ut inquit Flaccus.Cũ uitant stulti uitia in contraria currũt.Ego in me cupio probari illud Oratianũ.Dii bene fecerunt inopis me.quodq; pusilli finxerunt animi raro & perpauca loquẽtis. Lingua quæ animi interpres est:ut ait Lucretius animi sensa expromat nõ ineptias.Occurrat hoc in loco fortassis auditor Catus & solers inquiens.quid tu magister/qui tantopere probas laconismon.& laudas linguæ parsimoniam tam linguax es & largiloquus.cur quod in aliis carpis.id in te insigniter ostentas?

Audi auditor bone.loquacitatem futilem & insci tam taxamus:multiloquium carpimus:in quo nulla subiecta sententia est:nec scientia. Sed si orator ex

τρυγονοσ λαλιστεροσ

Cicada acãthina.

Rana seriphia.

Taciturnior turdo.

Amyclæ silẽtio periere.

promptuario litterario erudita depromit idq̃ lõga fa
cit oratione:non tam loquax q̃ facũdus est habẽdus.
Loquẽtia nec illa tã loquẽtia existimãda q̃ eloquẽtia.Cicerõis
eloquẽtia oratio ut ꝓximo utar argumẽto ea dicit̃ esse optima:
quę ẽ longissima:qd ita? Quia eloquẽtissimus.erudi
tissimus elegãtissimus ẽ:hęc aũt fandi copia:& dapsi
lis dicẽdi ubertas cũ in cæteris Tullianis uolumibus
elucet,tũ in orationibus ẽ eminentissima: de quibus
dicere possumus id quod de Platonis oratione Pha-
Phauori- uorinus dicere solebat: si ex Ciceronis orationibus
nus đ ora uerbum aliquod demas mutesue:atq̃ id cõmodissi-
tione pla me facias de elegãtia tamẽ detraxeris.Nõ sunt longa
tonis. quibus nihil est quod demere possis:& sicut arbores
nihil perinde ac proceritas atq̃ altitudo commendat.
ita Ciceronianas orationes nihil magis q̃ copia atq̃
ubertas exornat:quarũ uirtutes multiiugæ sigillatim
quotidianis lectionibus explicabunt̃:& sole clarius
apparebit:ꝙ prouerbium. τρυγονοσ λαλήστεροσ
Turture loquacior.non cadit in Ciceronem:nec in al
terũm quępiam,qui fluento eruditæ ac lepidæ oratio
nis inundet.sed in eos:qui cum loqui nesciant tacere
non possunt qui futili garrulitate diffluentes ea lo-
quitant̃:atq̃ deblacterant,in quibus nec pes nec ca-
put appareat. De qbus dici potest tertiũ quoq̃ illud
frequens apud Græcos adagium.γραων ὕθλοσ.i.
Vetularũ aniculaꝝ deliramenta & nugæ.Quod uitium procul
nugæ. abfore dictis nostris scriptisq̃ promittimus.Quod

ut impręsentia re magis q̃ uerbo præstem/compẽdio siora percurram:& quãtum ad hoc prouerbium per/ tinet uerbum non amplius addam.

Prouerbium est platonicum. αναγκη ουδε θεοι μαχονται. idest aduersus necessitatẽ nec dii quidẽ pugnãt: quo significatur necessitati nihil resistere: ac reluctari posse: Apud Liuium ait. L. Lentulus parea tur necessitati: quã ne dii quidem superãt: Apud eũ/ dem inquit Messius Volscus: necessitate: quę ultimũ ac maximum telũ est superiores estis. Scite & elegan ter a Palladio dictum est. Necessitas feriis caret. Di/ xit Dionysius necessitati etiam dei cedunt: Iosippus in bello inquit nihil est necessitate pugnacius.

Necessitati cedunt dii.

Liuius.

Palladi9.

Dionysi9

Iosippus.

In Decretis Canonicis. D. prima de cõsecratione. Necessitas legem non habet. A Valerio Maximo/ Necessitatis leges amarissimæ: & imperia truculẽtissi ma optimo Epitheto nuncupãtur. Plato & Plotinus Platonicus doctissime scripserunt parcas αναγκησ idest necessitatis filias esse: quæ una cum matre fu/ sum torqueãt: & in cuiusq; generatione conuoluant. hinc Platonicus alter non minus nobilis Apuleius noster Deum inquit ultrix necessitas semper & ubiq; comitatur. Ille quoq; ter maximus/ ut nomine ipso apparet: Trimegistus docet quemadmodum ειμαρ/ μενη idest fatum & necessitas ambę sibi inuicem in/ diuiduo cõnexæ sunt glutino: quarum prior. ειμαρ/ μενη rerum omnium parit initia. Necessitas uero

Parcæ filiæ necessitatis.

Apuleius

Trimegistus.

cogit ad effectum.

Philosophandū paucis.

Verum cum philosophandū sit iuxta Neoptolemum Ennianū paucis. Iā a sublimioribus ad humiliora: a Philosophicis ad historica transiliamus. quæ oppido iucundiora sunt. Et cum multa sint ueterum memoriarū documēta qbus manifestissime demonstrat̃ necessitatē eē ineluctabilē īuincibilēq3: erimus in præsentia cōtēti hoc uno exēplo: quod præ manibus est: quod ab re: quam molior haud quaq̃ ēst alienum: & αναγκη de qua loquor accommodatissimū.

Historia recondita memorabilis.

Couiuiū Attagini.

Attaginus Thebanus cōuiuio magnifice lauteq3 apparato Mardoniū ducē Persaꝝ, & cū eo honoratissimos Persas numero quinquaginta, totidēq3 Thebanos inuitauit. eosq3 in mensa alternos Persam & Thebanū discumbere iussit. Aderat & huic conuiuio Thersander Orchomenius claritudine nataliū insignis: secundum cœnam cū libero patri parentarent: & poculis īdulgerēt. Persa ille, qui iuxta Thersandrū recumbebat. hominē ut fit in couiuali hilaritate interrogat cuiatis esset. Ille respondet, se Orchomeniū esse. Tum Persa quoniam inquit tu mihi mēsę consors & compransor es effectus: uolo tibi sententiæ meæ relinquere monumentum: ut ipse quoq3 præscius huius rei queas tibi consulere. cernis hos Persas cum Mardonio acceptos in conuiuio opipare ac magnificenter? Et copias quæ in castris nostris relictæ sunt: horū omnium paruo post, tempore paucissimos cernes su-

perstites:& inter loquendũ lachrymas ubertim effu-dit. Tũc Thersander ea oratione attonitus ad persam inquit non ne Mardonio hæc expedit dicere & his Persis: qui secundum eum sunt in existimatione? ille autem subiecit uerbum dignũ memoratu. O hospes inquit: quicquid ex deo fieri oportet id homini ineuitabile est. Nam ne credibilia quidem dicentibus cre-dere quisquã uult: hoc permulti persarũ scimus & ta-men Mardonium sequimur illigati necessitate. hæc Persa Thesandro Orchomenio denarrauit ueridicus prorsus uates. Siquidẽ mox paulo apud plateas prę-lio iusto uicti & magna occidione occisi euidẽter ostẽ-derunt necessitatẽ esse inffugibilem:& illud esse ue-rissimum: quod uelut ex oraculo cecinit Cleantes. Ducunt uolentem fata nolentem trahunt.

Scitũ psæ

Mardo-niũ sequi mur ne-cessitate.

Inffugibi lis neces-sitas.

Ex hac necessitatis lege. quæ impotentissima est factum est ut ego nõ Apuleiũ prout uolebã destina-uerãq;: sed. M. Tulliũ de quo nihil penitus cogitarã cogar publice profiteri. cur hoc? dicã si potero. Dede-ram cõmẽtarios meos Apuleianos Benedicto biblio polæ primi nominis eidemq; Chalcographo: hoc est impressori elegantissimo iam pridẽ imprimendos: ut opus absolutũ: hoc maxime tẽpore, quo studiorũ cul-turam auspicamur in publicũ exiret ac promulgeret. idq; se facturum impressor ipse recœperat. iãq; res bene succedebat. cum ecce penuria chartæ quis crede ret? opus hæsit inchoatum: & enim proxima æstate,

Benedi-ctus Bi-bliopola & impres sor.

quam torrẽtissimã perpessi sumus siccitate tãta labo-
ratũ est/ut chartarii officinatores chartas glutino per
currere & cõsequẽter peragere nequiuerint. Itaq; hec
ciuitas: quæ alioqui chartã finitimis populis affatim
Sterilita- solet subministrare ĩopiã chartæ sensit. cuius usu cõ-
te chartæ stat ĩmortalitas hominũ. Nec hoc cuipiã mi℞ uideat
laboratũ cũ Tiberio principe sterilitatẽ chartæ romana quoq;
ciuitas senserit: factũq; sit rei tam necessariæ inopia:
ut e Senatu darent arbitri chartæ dispensandę. alias
in tumultu uita erat. Ergo igitur cum Apuleius a car
ceribus ad metas impressorias progredi nequiuerit
Vt qmus ex animi nostri sentẽtia/feci iuxta uetus uerbũ illud
ut quimus aiunt/quando ut uolumus non licet/& iu-
xta illud alterum. Si non potest fieri quod uis/id ue-
lis quod possis. Dedi manus αναγκη idest necessi-
tati/cui uelis nolis parendũ est/quã ne deus quidem
Consiliũ superat. Verũ memor ueteris prouerbii/quod ait gla-
sub mãu. diatorem in arena capere cõsiliũ/nec illius sententiæ
oblitus/qua aiũt consilium sub manu nasci debere/
e uestigio me ipsum consului nescio an bonũ consi-
liariũ/consilioq; domestico usus statim censui nihil
fieri posse cõgruentius/nihilq; auditoribus utilius/q̃
ut maximo Poetarũ/maximus oratorũ copularetur.
Itaq; Lucio Apuleio/quem necessitas uetat. M. Tul/
Columĩa lium subdidi succedaneũ: quod sane bono consilio
doctrina factum uideri potest. ut scilicet duo columina doctri
rum. narum alter Poetarum inclytissimus: alter oratorum

Deus.ambo extra omnem ingenii aleam positi iunctim irent.Iunctimq; enarrarentur:& me hercules in utroq; omnes fandi uirtutes elucescunt:de quorũ laudibus:melius est ad præsens tacere q̃ pauca dicere:cũ ad laudandum pro merito Virgilium & Tullium. Virgilio & Tullio laudatoribus opus sit.præterea in libro Orationum mearum extant utriusq; scriptoris luculenta præconia.

Parthis mẽdacior κρητίζειν

Cæterum ne Parthis mendacior ut dicitur inueniar:neue dicar ut est in ueteri græcorum prouerbio κρητίζειν hoc est Cretas mendaces imitari:tantisper orationes Ciceronis enodabimus/Donec impressor Apuleanis interpretamentis extremam manum imposuerit. Imponetur autem continuo post solemnia domini natalicia Christianorumq; saturnalia:tũc fidem exoluam/tunc nomen expungam:& quod iam diu promisi rẽ ipsa præstabo:erit autem hæc ꝑcrastinatio scholasticis oppido q̃ conducibilis. Nanq; interea aliquot Ciceronis orationes explicabunt᷑ a nobis:ea diligentia:eaq; omnifaria eruditione:ut ianua laxissime reserata reliquis deiceps orationibus omnibus uideri possit:ut q uel paucissimas audierit.cæteras sine interprete citraq; doctorem adire ipse & per se intelligere queat/haud sane difficulter.Anno autẽ a salute domini Millesimo quingentesimo:quem Iubileum nominitant.perinde ac auspicatissimo & memorãdo anno Apuleiũ fauste ac feliciter initiabimus

Et quoniam iubilei facta est mentio: non fuerit ab re pauca quædam ad iubileum pertinentia: hoc potissimum loco explicare. Vos ut cœpistis quæso libētib9 animis & auribus auscultate.

De iubileo scitu dignu.

Iubileus quid.

Iubileus res est & dictio iudæorũ: apud quos q̄nquagesimus quilibet annus erat sacrosanctus. Nam ut in leuitico scriptum legimus. Deus Mosi qui cum familiariter loquebatur præcepit ut annũ q̄nquagesimum sanctificaret: eoq; remissio daretur cunctis iudææ habitatoribus. Itaq; omnis uenditio redibat ad dominum omnis possessio ad pristinum possessorem. creditores a debito relaxabantur. serui libertate donabantur: & ob iubilei sanctificationem agri erant feriati: ex hoc inditum est iubileo nomē. Quod lingua hebraica: ut docet Iosephus ĩ libris antiquitatum. significat libertatem. Quidã inter quos est Nicolaus de Lira tradunt hebraico uocabulo buccinam Iobel nuncupari. Vnde iubilei nomē inclinatum sit: propterea ꝙ buccino tubæ & clangore: mense septimo iubileus denunciabatur. Petronius arbiter iubileum annum remissiuum significare auctor est. Item eo pētateuchi libro: qui inscribitur numeri. Iubileus interpretatur annus remissionis. Sicut ergo apud iudæos iubileo remissio dabatur rerum corporalium. sic nunc apud Christianos Indulgetur remissio uel ut utar uocabulo Cypriani. Remissa peccatorũ atq; noxarum. legitimus autem iubileus est quinquage-

Remissa noxarũ.

ſimo quoq; anno:qua in re ſubit admirari iudaicam inſtitutionem:quæ ex contemplatu numeri ſeptenarii:qui numerus eſt perfectiſſimus:iubileum obſeruandum prçcepiſſe uideri poteſt. Septem enim annorum hebdomades. hoc eſt anni ſepties ſepténi conficiunt climactera uitæ humanæ periculoſum: ut merito poſt numerum potentiſſimum eundéq; in hominibus efficacem: De quo in libello ſeptem ſapientum copioſe diſerui: ſubſequatur annus iubileus plenus bonorum/& beatitatis:quem cuncti mortales fauſtũ fortunatumq; ac felicem ominantur & optãt:quo cupimus animis corporibuſq; defecatis mundi puriq; & perinde fœlices reliquum æuum poſſe traducere.

Sicut ergo Priſci:quorum inſtitutionibus:uita noſtra formatur:kalendis Ianuarii principio anni auſpicabantur ſuas quiſq; artes:& litibus superſedebant & dulcia guſtabant:ut fœlici auſpicio totus annus iret dulcis & fortunatus: ita nos anno iubilei: hoc eſt anno libertatis/anno remiſſionis/anno ſanctificationis/anno optatiſſimo/ad quem mortalium uota ſuſpirant auſpicabimur una cum noſtris commentariis Aſinum Apuleianum/uere aureum/uere bracteatum. ut aureo fœliciq; auſpicat uuita noſtra fœliciter & fortunate progrediatˀ/ut poſſim deinceps commentando. legendo. ſcribendo prodeſſe nepotibus/poſteritatiq; conſulere/& ut nos ingenii monumentis uixiſſe teſtemur.

Kal. ianuarii auſpicabantur artes.

Epilogus.

Habetis Viri clarissimi sententias populares: non populari opinor trutina examinatas a nobis. sed morali potius & litterata statera perpensas. habetis prouerbia quorum usurpatio minime ludicra uideri debet. cum his scateant uolumina Philosophorum: cũ his non abstineant sanctarum legum conditores. Deniq; cũ scriptores omne genus prouerbiis perinde ac cõdimentis libros suos refarciant: quorum hodierna explicatio & si iam quadã tenus lectionibus nostris accommodata est. nunc maxime adglutinetur & coherenter adherescat.

Prouerbia in libris philosophorũ.

Vulgares sententiæ sunt prouerbia. Vulgares scriptores sunt Virgilius & Cicero. Quid enim magis in ore uulgi est. quid usu populari magis detritum. Docti idoctiq; urbani & rustici opifices omnes pueri mulierculæ Virgilium Ciceronemq; nouere: nihil uulgare magis: uterq; quotidie excutitur quotidie comprobatur: & cum ex illo prouerbiali uerbo quot capita tot sentẽtiæ fiat ut scriptor qui uni placet alteri displiceat. quod unus & alter probant plusculi improbent: in Virgilio Ciceroneq; probando conspirant omnes tam amusoteri q̃ litterati. Nec tam pedibus q̃ animis uadunt in eãdem sententiam laudationis. Iamq; utriq; sibi hoc laudis prope peculiariter uẽdicauerunt: ut appellatione Oratoris. M. Tullius.

Vulgares Virgili9 &. M. Tullius.

Quot capita tot sentẽtiæ.

Orator Tullius.

Appellatione Poetæ Virgilius significentur, quorum duorũ uirtus non indiga ullius præconii amplius ē. Tanta claritas superfluit. Prouerbiorũ doctrina seria est & frugifera ut docuimus & medulla succosior. Maronis, &. M. Tullii doctrina q̃ seria q̃ frugifera sit & medulla succosa, qui nescit nihil prorsus scit: qui ignorat, nihil non ignorat, qui duo scriptores: quanto magis leguntur, tanto magis legendi sunt, quorum lectio pueris necessaria: iuuenibus utilis, senibus periucunda. deniq; illi se profecisse sciant. quibus Cicero & Virgilius ualde placuerint: q haud dubie ostendũt uerum esse prouerbium illud. πολλοι μαθηται κριττομεσ διδασκαλωμ. Multi discipuli meliores præceptoribus. Nã ꝙ Maro: & Cicero longe doctiores Doctoribus suis fuerint. nemo unq̃ homo dubitauit: cum doctrina illorum, & nomina in uulgus ignota sint. aut per discipulos cognita, Grammatici tradunt Sirronem Epicureum fuisse Virgilii Præceptorem. non ne hic inglorius ignobilisq; ē cũ discipulus sit gloriosissim⁹, inclytissimusq; M. Tullius perinde ac gratus discipulus hãc gratiam suis magistris rependit: ꝙ eos laudabiliter celebrat: & honorifica nuncupatione percenset. In tantum dissimilis istis: qui præceptores suos: non solum parentis loco non habent: ut præcipitur: sed eos clãculo in angulis uellicant conuiciisq; proscindunt ac obtrectant.

Poeta uirgilius.

Prouerbium. πολλοι μαθηται.

Contra maleuolos discipulos.

Ita gloriam indipisci sperantes/si doctoribus derogauerint. Veræ prorsus laudis expertes. nam qui obtrectatione præceptoris famam aucupatur infamiam inuenit/& in omni proborum cœtu exibilatur/exploditur ut improbus/formidatur ut uipera fitq; odium publicum/non secus quã qui parentibus maledixerit.

Magister animorũ parens.

Etenim Præceptor animorum parens ac formator est:quem nisi omni uerborum honore prosequamur nisi ubiq; locorum/ubiq; hominum honorifica mentione dilaudemus. Impii nefarii scelerati meremur nuncupari. Quanto magis ingenue & sancte & officiose agit. M. Tullius noster/ qui nominatim magistros suos celebrat/uidelicet in arte oratoria Menippum stratonicensem/tota Asia illis temporibus disertissimum/& Dionysium magnetẽ/Xenoclem adramytenum. Cumprimis uero memorat Apollonium Molonem Rhodium clarissimum tunc dicendi magistrum:in dialectica Diodorum Stoicum. In philosophia Philonem & Antiochũ/quos omnis fama obscura recondidisset:& uetustas oblitterasset:nisi discipuli gratissimi monumenta illorum nomina perire non sinerent. Qui fuit tanto maior doctoribus/quanto maius est dare lumen q̃ accipere:& sane fuit necessarium/ut discipuli meliores magistris existerẽt:alioquin ĩgenuæ disciplinæ omnes iam decoxissent. Iam ad nihilum artes fere omnes rediissent: quas cerni-

Præceptores. Mar. Tullii.

mus ad ſummum faſtigium perueniſſe: dum profi-
cientibus ingeniis prouerbiū hoc quotidie cōprobatᷣ.
πολλοι μαθηται κριττομεσ διδασκαλων.
multi diſcipuli meliores præceptoribus. Ego quan-
tum ad me attinet connixus ſum pro uiribus dies no
ctes incudem hanc litterariam tundendo/ne præce-
ptore meo Franciſco Puteolano homine ut tunc tem pora ferebant/eloquētiſſimo eruditiſſimoq; deterior/ neue minor exiſterem. An id aſſecutus ſim aliorum ſit iudicium: in hoc haud dubie laudandus: ꝙ auſus ſum ꝙ uolui ꝙ ualui decertare cum illo/ea uidelicet contentione: quæ honeſtiſſima eſt. In qua uincere & uinci peræque pulchrum atq; magnificum eſt. Nam ut inquit ille in magnis & uoluiſſe ſat eſt. Ad hoc ut pulcherrimum certamen uos omnis prouoco: ut ita mecum decertetis: ſicut ego feci cum magiſtro meo Franciſco Puteolano/quem honoris & amoris cau-ſa nomino: quem omnimodis laudibus celebro: qui litteras litteratas/ſenio pene ītermortuas & ſitu ſqua-lentes ad lucem nitoremq; cumprimis reuocauit: cui acceptum refero quicquid eſt in me doctrinarum: eam illi mercedem liberaliter rependens: quā Man-draytus Thaleti pulcherrimam perſoluit: & ſane ex ludo præceptoris mei tanq̄ ex equo Troiano innu-meri bene litterati exiliere: qui ad ſerias mox doctri-nas & queſtuoſiora ſtudia ſeſe laudabiliter cōtulerūt.

preceptor meus frā ciſcus pu teolanus.

Laus frā ciſci Pu teolani.

Laus Mini Roscii.

Ego uero sectam doctoris: nec pœnitet: fauorabiliter sectatus sum: & una mecū Decus meum Minus Roscius: quo mihi homo nemo amicior est: quem nobilium eruditissimum. Eruditornm nobilissimum appellare merito consueui: qui in hac politiori litteratura tantum profecit, tamq; est emunctus & tersus: ut meum esse condiscipulum Symmisten consectaneū possis agnoscere: Cæterum ut domum repedemus. cupio & opto a uobis in hac pugna litteraria superari: in qua discipuli uictoria ad gloriam redundat magistri superati. Etenim laus est Præceptoris discipuli profectus. Ita mecum contendite: ut Virgilius, & M. Tullius cum suis præceptoribus contenderunt: quos pulcherrimo in certamine uictos plausibiliter præterierunt. Planissime ostendētes uerissimum esse hoc prouerbium. πολλοι μαθητοι κριττομεσ διδασκαλων. Multi discipuli præceptoribus meliores.

Pulcherrima possessio doctrina.

Pulcherrima possessio homini doctrina est: ut musæ Græcorum testantur, canentes καλλιστον εστιν κτημα παιδια βροτοισ. compotes uos huiusce tam præciosæ possessionis facient. M. Cicero: & Virgilius Eloquentia in hereditate mortalibus relicta.

Similes prato, tullius & maro.

Quorum uolumina sunt prato simillima. Nam sicuti in eodem prato bos herbam quærit: canis leporem Ciconia lacertam, Villica fungos, Virguncula flores. Ita Grammaticus Poeta Orator: Philosophaster

ſuis quiſq; ſtudiis aptiſſima colligent ex Ciceronis Maroniſq; penoribus. Quorum pabulum eſt citra faſtidium: eoq; ingenia maxime puerilia ac Iuuenilia ſunt ſaginãda: & cum alios dulcia/alios ſalſa/alios auſtera/alios ſubamara delectent: Ciceroniana fercula & Maroniana mire faciunt ad palatum omnium & ſtomachum. Nos uero inſtar archimagiri pulmentaria Ciceronis & Maronis per ſe eſculenta condimẽtis quoq; noſtris eſculentiora facere tentabimus. & cũ ſimilitudo faſtidii mater ſit: ea conditurarum uarietate condiemus: ut ſuccum ſcitiſſimi ſaporis longeq; noto diſſimilem: guſtantibus uobis edulia Tulliana & Maroniana habere uideantur.

Saginãdi pabulo Tul. & Virgil.

Similitudo faſtidii mater

Quod reliquum eſt uobis gratias ago & habeo multiiugas: qui me audiuiſtis non ut pharmacopolam: Sed auſcultaſtis diligenter & libenter: ut Oratorem: & ut Oratio prouerbialis a prouerbio inchoata prouerbio quoq; terminetur: uellem/ut adagium eſt Græcorum αντιπελαργειν ideſt gratiam rependere poſſe: quod illi uſurpant de his qui gratiam beniuole reponunt. πελαργοι enim ideſt ciconiæ ſeneſcentes parentes educare eoſq; ſenio laſſeſcentes ac alarum remigio defectos ſubleuare humeris/ac ſuccollare dicuntur. Vnde ciconia auis pia uocat̃: & Antipelargoſis remuneratio retributioq; beneficiorum nominatur, indeq; ortum eſt prouerbium hoc αντι-

Prouerbium.

Antipelargein.

ORATIO

πελαργειν quod beneficium retribuere & gratiam referre significat. Cuius enarratio in calce orationis hodiernæ sit uobis pro gratiarum actione: & huiusce officii scholastici remuneratione.

F I N I S.

Philippi Beroaldi Oratio Prouerbialis Impressa
Bononiæ per Benedictũ Hectoris Bibliopo-
lam Bon. accuratissimum Anno Salutis
Millesimo qngẽtesimo. die. xvii.
Nouembris sub diuo Ioan-
ne Bentiuolo secun-
do de patria be
ne meri-
to.



Ad Maximum Antistitem. D. Thomã Cardi/ nalem & Archiepiscopũ Strigoniensem Philippi Beroaldi Bononiensis

EPISTOLA.

c Yneas ille Pyrrhi regis legatus singulari memoria memorabilis / qui Senatũ Ro/ manũ cõstare dixit ex Regibus: si hoc no stro æuo renatus cõtemplaret̃ Senatũ Põtificiũ hoc est Cõsistoriũ Cardinaliũ / haud dubie diceret non Regũ sed deoꝝ illud eẽ conciliũ. &.n.qd sunt aliud Cardinales / q̃ humana numina / q̃ terrena sidera / & Religionis sacrosancta fastigia? In quoꝝ ordinem cooptari paucissimis mortaliũ datũ ẽ. In quoꝝ albo tu iã pridẽ Antistes maxime es cõscriptus. nec ĩme/ rito. Tu prudẽtia cõsilio auctoritate tãta præcellis / ut inter principes Pãnoniæ refulgeas / uelut ĩter mi/ nores stellas luna splendescit / ut sacratissimus & oĩ cũ honore mihi nominãdus Rex Vuladislaus tibi uni habenas pãnõici Regni moderãdas crediderit / ut sine te nihil altum suscipiat ac meditet̃. Tu uero ĩstar optimi gubernatoris clauũ rectũ tenẽs id agis id curas / eãq; operã das / ut cymba tutelæ tuæ credita ĩ uado salutis portuq; tutissimo cõsistat. Tu religio/ ne / qua cõstat uita mortaliũ / quæ hominis ꝓpria ẽ / quæ nos deo cognatos efficit ac uículo pulcherrimo cõnectit / tãta præpolles / ut nihil qcq̃ apd te antiqus sit religiõe / ut theosebiã / sic.n.dei cultus nominat̃ /

Senatus deorum.

Religio/ sus cardi nalis.

Theose/ bia.

rebus oībus existimes eē anteponēdā/ut Saluberri
mū illd documētū/Imprimis uenerare deū/memo/
riter memineris. & sane Religio cū oēs mortales/tū
maxime decet ꝓtomystas hoc ē sūmates antistites/
q̄ i terris sacrosācti eē debēt exēplar & archetypon
uitæ sanctioris. Et cū sūmo uiro rerūq; magnaꝝ ad/
ministratori turpe sit noctē totā sōno consumere/tu
sōni parcissim9 breuissimū tēpusculū q̄eti das/uigi/
lāsq; de nocte religiosū pēsū pagis/tributūq; quoti
dianū/qd' q̄sq; religiosus deo debet/diligēter liben
terq; ꝑsoluis/interdū libroꝝ pabulo / quo nullū est
suauius/animū pascis/& refoues/& ita uigilādo lu/
cubrādoq; pluribus horis uiuis/uita.n.uigilia est/ut
sapiētes dixere. Comitas aūt affabilitasq; sermonis
cū magnope aīos cōciliet/alliciatq; ad beniuolētiā/
te oībus comē benignū affabilē p̄stas.&.sane decet
uiꝝ primariū/q̄to sit cæteris dignitate supior/tāto se
gerere facilitate sūmissius. Q uid uero dicā de libe/
ralitate atq; beneficētia/quæ ī te ita mōstrabilis ē/ut
excellat/qua nihil ī pricipe amabilius eē pōt/nihilq;
p̄stātius/hæc hoīes facit diuos/hæc Cæsarē dictato/
rē/hæc Alexādrum Magnū īmortalitate donauit.
hæc ad eternā gloriā uia/hac ꝓceres iere famigerati/
hac ī p̄sentia īgēti passu uadis tu prīceps liberalissi/
me:q ī tuos/ī ꝓximos/ī alienos/deniq; ī oē hominū
genus gradatī es benefic9 ac liberalis.& ꝑfecto nul
la d̄ uirtutib9 tuis maior/nulla amabilior/nulla glo
riosior eē pōt munificētia. Scito nil tā populare eē/
tā q; plausibile/q̄ bonitatē cū liberalitate copulatā/

Vita ui/gilia.

Laus libe ralitatis.

Liberalissimus car dinalis.

scito pricipē nūq̄ magis noia facere q̄ cū donat:nūq̄
magis lucrari/q̄ cū erogat:dando.n.pecuniā accipit
gloriā gratiā beniuolētiā.hæc ergo cæteraq; politi/
cæ uirtutes/ex qb9 q̄si cōpactus es & cōglutinatus/
merito te faciūt uenerabilē amabilē desiderabilē:ut
ī pānonia tā sūmates q̄ īfimates certati te cū admira
tiōe suspiciāt/te diligāt/te p̄conio bonitatis extollāt.
Tu litteratorꝝ es salutare p̄sidiū.tu studiosorꝝ admi/
niculator atq; fultura:q ñ paucos cādidatos doctri/
narꝝ ī Italiā ad capiēdū īgēii cultū ꝓficiscētes uiati/
co īstruis:pecuniā alimēta & cūcta ad culturā stu/
diorꝝ cōducētia benigne suppeditas:Tu nuper Bono
niā ad me tāq̄ ad mercatū īgēuarꝝ disciplinarꝝ duos
nepotes tuos Ioānē & Paulū iuuenes ꝓbos mode/
stos studiosos destinasti.eosq; ī cōtubernio meo eē
uoluisti : ut doctrinæ nostræ pigmētis colorarētur/
nec nō dolatorio eloquētiæ leuigarētur.& sane ābo
sūt dotib9 īgenii egregiaq; īdole p̄diti:q̄ quā ī Ioāne
iā nō tam īdoles uirtutis / q̄ ipa uirtus elucescit:q iā
sublimi9 euolat/& fastigia altiora cōscēdit. Ego ue
ro qd̄ bonū p̄ceptorē decet:ꝓ uirili parte curabo/ut
suffarcinati nostris mercib9 ī Pānoniā ad genitales
terras reuertant̄:ut sub magistro Beroaldo stipēdia
litteratoria haud q̄q̄ fecisse peniteat:ut contuberniū
meū dicant bonorꝝ morꝝ bonarꝝq; doctrinarꝝ fuisse
diuersoriū:ī quo Michael quoq; cheseri9 boscinē/
sis Episcop9 iā pridē degit cōsectaneus cōdiscipu/
lusq; nepotū tuorꝝ:adolescētulus apprime erudit9/

q iã ad bonã frugem puenit, fitq̧ ĩ dies doctior atq̧ elegãtior. ego uero cũ amicicias principales expetã, simq̧ tui nõis atq̧ adeo numinis reuerẽtissim9 obseruãtissimusq̧: tibi nõiatĩ dedico Antistes maxime libellũ hũc: q sit qdã q̃si cõciliator glutinatorq̧ amiciciæ tã florẽtis, tã magnæ, tã splẽdidæ: quẽ q̃so hilaro uultu & serena frõte suscipias. Munusculũ ẽ oppido pusillũ: nec ĩficior, si corticẽ exteriorẽ tãtũ spectes: sed si medullã ĩteriorẽ ĩtrospexeris: ꝑtiosũ iudicabis. opusculũ ẽ, quo symbola pythagoræ p tropologiã moralẽq̧ ĩtellectum explicãt̃: res haud dubie

Libellus succosus.

succulẽta: nec minus frugifera q̃ uoluptifica. ut aũt mea erga te obseruãtia fieret celebratior testatiorq̧, curaui ut hic libellus p mille exẽplaria format9 excususq̧ diuulgaret̃: q ĩ liminari pagina ac titulo gestat nomẽ tuũ sacrosãctũ. Q d' supest Deũ optimũ maximũ ꝓcor: ut id eẽ uelit perẽne monumẽtũ mei ĩ te amoris ac obseruãtiæ. Tu uero cũ fueris aliq̃do ab occupationib9 seriis feriatus, & a negotiis regiis seq̃stratus: qbus iugiter distineris: ne spueris q̃so in manũ sumere cursimq̧ trãslegere opusculũ: qd̃ tibi uni nuncupatĩ dedicat̃. qd̃ ab hõie tibi deditissimo trãsmittit̃: qd̃ eruditõis nostræ: q̃tulacũq̧ ẽ: assectatores amatoresq̧ nõ solũ plegẽt, sed, ni fallõ, ĩ manibus quotide habebũt tãq̃ enchiridion. Vale decus Antistitũ columenq̧ Pãnoniæ, & munusculũ hoc, qualecũq̧ est, obuiis manibus excipe: & Philippũ Beroaldũ nouiciũ cliẽtẽ patrocinio tuo cõfoue.

SYMBOLA PYTHAGORAE A PHILIPPO BEROALDO MORALITER EXPLICATA.

d VO APVD VETERES philosophorꝝ genera fuisse tradūtur Viri ornatissimi, Quorꝝ alterꝝ Ionicū, alterꝝ Italicū appellauere. Ionici generis prīcipem extitisse Thalem milesium ferūt: Qui unus fuit ex illis septem memoratissimis uiris, quos græcia sapientes appellat. Italicū uero genus auctorem habuit Samiū Pythagoram inter priscos philosophos inclytū primūq; philosophiæ nūcupatorem. Qui interrogatus a Leonte Phliasiorꝝ Tyrāno, Quid potissimū profiteretur quoue se nomine nūcuparet, philosophū se esse respōdit, Idest studiosum sapiētiæ, quoniā sophon hoc est sapientem se se profiteri insolētissimum eē uidebatur: Vnde deīceps nūcupati philosophi sūt, qui antea sophi idest sapientes nominabātur. Hic pythagoras documenta non parum multa deprōpsit ex sanctioribus doctrīnæ prōptuariis, ad utilitatem hominū uiuendiq; rationem mire cōducentia: a quibus diuinus ille Plato, nō lōge deuius pythagorissat in plurimis: Cuius auctoritas tanta extitit, ut pro ratione haberetur, cū pythagoricis satis esset

ita respõdere αυτοσ εφα. ipse dixit, qui memoriter tenentes precepta doctoris, memoria pro libris ute/bantur. Celeberrimi scriptores in Pythagora suspiciunt Metempsychosin atq; palingenesian, quæ si latine uolueris enũciare, dicere poteris trãsanima/tionem atq; regenerationem. ex qua nõ inconcini/ter natum renatumq; eum sepissime proditum est.

Laudant eiusdem dogmata ad frugalitatem pertinẽtia, quibus unctiora edulia, lautioresq; popinas interdixit, adeo ut familia Pythagorica puras & si/ne animalibus cenas cenitare ex pceptoris instituto cõsueuerit. Idem discipulos suos nihil peræque edocebat q̃ linguã intra uallũ dentium coercere & diutino silentio philosophari. Ab eodem paroemia græ/corum illa defluxit. κοιμα τα φιλωμ. idest omnia amicoꝝ cõmunia. quoniam discipulos in cohortem disciplinaꝝ recipiens omnes facultates in medium dare pcipiebat, ut eẽnt omnibꝫ omnia cõmunia, coi/returq; societas inseparabilis atq; consortium, quod prisco uocabulo κοιμοβιομ appellat̃. Idem primus utpote uir sagacis ingenii, & eorum quæ celo continentur capax deprehẽdit naturam sideris illius, qđ ueneris appellant. Nec non interualla siderum a terra indagare tentauit & a terra ad lunã centum .xxv. milia stadiorum esse collegit, ab ea usq; ad solem duplum, Inde ad duodecim zodiaci signa triplica/tum. Idem normam quãdam geometricam sine ar

Inuẽta pythagoræ.

tificis fabricationibus inuentam plausibiliter osten dit. habentem trigoni figuram/qua inuentione gaudibundus gratias diis maximas egisse dicitur hostiasq; imolauisse. Ve℞ hæc in p̄sentia/aliaq; sexcēta preconio scriptorum in Pythagora celebrata prudens omitto/cū ad illa festinet animus/quæ hodiernæ oratiōi materiam prestabunt & argumētum ut opinor non penitendum.

e A autē sunt Symbola Pythagore/quibus per quædā quasi inuolucra preciosos thesauros conuelauit/ & sacrosancta decreta cōtexit/quæ hodierna die a nobis latissime reserata pandētur/& ex īstituto nostro prope peculiari pigmentis oratoriis colorata splendescent.

e Rit eruditio hæc neq; ludicra neq; triuialis/sed seria/sed infrequēs/& a prophanorum uulgo longe semota/Erit hoc ientaculū numerosiore pabulo cōditū/qđ pueris iucūditatē iuuenibꝰ saturitatē/maioribꝰ natu salubritatē/oībꝰ delitias citra fastidiū p̄stare possit Elaborabo ꝓ uirili parte/ut ad hæc fercula/neq; uos accessisse/neq; nos īuitasse pēiteat. Ve℞ ut iā cepistis/purgata℞ auriū opā date/& sesqhorā dicturiētibꝰ nobis īpēdite.

e Narraturꝰ symbola Pythagore uideor facturus eē opæ p̄tiū si multiplicē huiusce uocabuli significationem pcēsuero/ut ita facilius quid sibi magnus mirādusq; philosophus hoc

uerbo uoluerit intelligere possitis.

Symbolũ quid.

S Ymbolum uocabulũ est, ut grãmatici docẽt, polysemon, idest plura significans, nã primũ omniũ symbolũ collatio dicitur hoc est quod plures in unũ conferũt, ex hoc significatu dicũtur Gulones & uentricolæ symbolum dedisse in cenam, quãdo unus quisq; confert ĩ unũ nũmos pro rata, uel cupedias ciborũ, ad conuiualẽ apparatũ instruendũ. Hinc illud comici poetæ notissimum, symbolũ dedit cenauit, Gaudebam. Item in Eunucho, heri aliquot Adolescentuli coimus in pyreo in hunc diẽ: ut de symbolis essemus, illud quoq; Plautinum ex Curgulione eũdem habet ĩtellectũ. Symbolorũ collatores apud forũ piscariũ. E diuerso q ad cenam siue prãdiũ nihil confert, imunisq; discũbit, & ακλητοσ idest non uocatus uenit, is eleganti uocabulo, græco quidem, sed & nostris usitato Asymbolos nominatur, hinc illud Gellianũ. ne oĩo ut dicitur ĩmunes & asymboli ueniremus. Apud græcos parasitus perq̃ scite ασυμβολοσ appellatur, propterea quod ĩ mũis & sine symbolo ad cenas lautiores uentitat citra uocationem. In Decretis Canonicis salubriter præcipitur, ne clerici ex symbolis, quæ uulgus comesalia appellat, cõuiuia factitare cõsuescãt.

Asymbolos parasitus.

Autumat Ruffinus Symbolũ Apostolicũ ideo appellatum eẽ hoc nomine, Quia id condiderunt Apostoli in unũ conferendo, Quod quisq; de fide

sentiebat, Symbolum ueteres annulũ appellauere, Symbo/
Quod & Plinius noster docet his uerbis, Apđ nos lũ ãnul9.
prisci annulũ ungulũ uocabãt, postea & græci & no
stri symbolũ. Ad hãc significationem quidã Te
rentianũ illud referũt, ut de symbolis essemus, tãq̃
Annuli darentur pro arra siue arrabone ientaculi.

Symbolũ apud Aristotelem inuenitur pro Ety
mologia, quæ ob id a Cicerone dicta est notatio.

Symbolũ quoq; græce dicitur Auguriũ atq; ua
ticiniũ, hoc est ut græcis uocabulis utar οιωνισμα
και μαντευμα. Ad hæc Symbolum significat
notã indiciũ & signũ. ut est symbolũ bellicũ, quod
militibus pugnaturis datur, maximeq; id in bellis
ciuilib9 obseruari solet. Quibus quoniã & armoꝝ
habitus par, & sonus uocis idẽ, & mos unus est, atq;
eadem instituta bellandi, ne qua doli surreptio fiat,
Symbola distincta unus quisq; dux suis militibus
tradit, ut si forte occurrerit quispiam de quo dubite
tur, symbolũ prodat, ut ita si sit hostis uel sotius fa
cile agnoscatur. Itaq; temporibus belloꝝ ciuilium
ĩtestinarũq; seditionũ Marii symbolũ fuit Lar de9,
Syllæ Apollo delphicus. Cæsaris Venus genitrix.
In uigiliis quoq; castrensibus symbola id genus da
ri consueuerũt, ut puta uirtus, palma, uictoria, quæ
tamẽ symbola ex p̃cepto disciplinæ militaris quo/
tidie uariari debent, ne ex usu hostes signum agno/
scant: & exploratores inter nostros uersentur ĩpune.

Papauer symbolũ fecunditatis.

Consimiliter in Arcanis priscorum mysteriis symbola habebãtur, Verbi causa papauer Symbolum erat fertilitatis, erat & symbolũ ciuitatis, Adõis symbolũ fructuũ. Atys flo℞, Satyros quoq; ueneriæ potestatis Symbolũ eẽ uoluerunt, Spuma quæ græce αφροσ Symbolũ est genituræ, unde uenerẽ aphroditen merito nũcupauere. Ex hoc nimi℞ genere sunt Symbola Pythagoræ, uidelicet idicia quædã & signa myserio℞ doctrinæ sanctioris, quibus sententiæ morales atq; salutaria documẽta continẽtur. Quibus tanq̃ uasculis fictilibus thesaurus p̃ciosus includitur. Et plane hæc Symbola leges quadamtenus imitãtur. Qua℞ scriptum angustũ est interp̃tatio diffusa. parca sunt uerbo℞, fecũda sententia℞, Foris corticosa, intus succosa, aliud sonantia, aliud significãtia: quibus p̃cepta quædã catholica hoc est uniuersalia sunt inuoluta ad uitam sancte beateq; degendam, ualde cõgruẽtia. Cæte℞ cum innumera sint Symbola Pythagoræ, pauca quædã ex diuini philosophi secretariis selecta deprompsi: quæ hodierna enarratione a nobis latissime explicarẽtur: quæ uitæ mortaliũ cõducibiliora salubrioraq; eẽ credidimus. Sed anteq̃ a Symboli significatu recedamus, Annotandum obiter & illud est, Symbolum masculino quoq; genere dici, ut docet Suidas, & ex Plautina lectione didicimus. Si quidem in bacchidibus ait Chrysalus: ostendit symbolũ: quem tute

dederas. Infit dicere adulterinũ: & non eum eẽ symbolum. Item in pseudolo: dato eum symbolum illi. Item epistolam modo hanc intercepi & symbolũ, quem symbolũ qui a milite alienatus ẽ. συμβουλοσ uero a græcis dicitur homo prudens probusq; cõsiliarius: cui cõtrariũ est. αβουλοσ Sed iã tempestiuũ ẽ ut symbola Pythagorica morali ĩterp̃tatiõe pãdamus quod dum a me fit, uos queso, ut occepistis diligenter attendite.

i Nter Symbola Pythagoræ mystica Aurea, Sacrosancta: quæ & enygmata nominãtur illud primo loco occurrit dignũ memoratu. ζυγον μη υπερβενειν quod latine significat, stateram ne transilias. Hoc est ne prætergrediare iustitiam. O princeps qui sceptrum tenens celsa in arce consistis, qui iura das mortalibus, quẽ dominantem cuncti reuerentur, stateram ne transilias, a iustitiæ tramite d euius ne ab erres. illa sit tibi pro scopo & signo: Ad quod dicta facta cogitata tua omnia referantur. O iuridici magistratus: o iudices: qui pro tribunalibus sedetis pronuntiaturi de uita patrimonioq; mortalium : sententias uestras æqua lance perpendite & in librili collocate: omnibus uiribus neruisque contendentes: ut iudicia uestra iudiciis Bocchoris comparari mereantur, qui in egypto adeo iuste adeo sinceriter iudicasse fertur, ut eius nomen ĩ prouerbium uenerit iustissime ac in-

Stateram ne transilias.

Iudicium bocchoris.

tegerrime iudicantium. Sit uobis ante oculos non minus interioris hominis q̃ exterioris idolon Si/ mulacrũq; iustitiæ quã pictores rhetoresq; ãtiqui effigiabant forma atq; filo uirginali / aspectu uehementi luminibus oculoꝝ acrioribus cum reuerẽdæ cuiusdã seueritudinis dignitate / ex hoc typo & imagine ĩtelligi uolentes iudicẽ ac magistratum / qui iustitiæ antistes est / oportere eẽ sanctũ / seuerum / ĩcorruptũ / inadulabilem Vi ac maiestate æquitatis ueritatisq; terrificũ. O pontifices / qui sacerdotali maiestate præfulgentes instar diuoꝝ estis ĩ terris sacro/ sancti / stateram ne transilite / etiam atq; etiam circũspicite / ne pro dicearchis sitis Adicearchi / hoc est ne pro iustitiæ præfectis p̃sides iniustitiæ efficiamini / sicut cõplusculos eẽ & uidim⁹ & audiuimus / Qui sub uestimẽto sanctitatis / Tyrãnicã iniustitiam cõtegũt. Scitote oculũ iustitiæ / quem nemo mortaliũ potest effugere / ex celesti speculatorio actiones atq; adeo cogitationes omnis uestras contemplari / atq; introspicere. Quæ prisco iã sæculo exosa improbi/ tatẽ iniustitiãq; mõtaliũ terras ĩpias r̃liqt / celoq; subuolauit / quã poetæ poetico uocabulo astreã appellitãt / Hic Dariũ Regẽ p̃saꝝ oli iustitiæ sacrificãtẽ dixisse ferũt / O Domina / si qua es usq̃ / pinde ac ita si/ gnificaret se iampridem exoptasse iustitiã / neq; illã usq̃ gentium ĩuenire potuisse. Egyptii prisca doctrina pollentes ĩ cerimoniis mysticis sinistram ma/

Oculus iustitiæ.

nũ porrecta palma discapedinatã æq̃tatis ĩdiciũ ac symbolũ eẽ uoluerũt/ ꝓpterea q̃ sinistra manus ge/ nuĩa pigricia/nulla calliditate p̃dita/uidebatᷣ æqta/ ti aptior eẽ q̃ dextra. Iustitiã celeberrimi scripto/ res graphice ac sciẽter oleo cõparãt/ Vt.n.oleũ intus obest/foris infusũ ꝓdest/sic & iustitia forisecus hoc est alienis magis ꝓdest/q̃ ĩtrinsecus hoc ẽ his/q eius sunt administratores.nã iustus/ut inq̃t Ambrosius utilitatẽ ꝓpriã negligit / ut cõem æqtatẽ custodiat/ cõmunia ꝓ suis habet/sua ꝓ cõmunib9.& cũ iusti/ tiæ prĩcipale munus sit/alterꝫ nõ ledere/ius suũ uni/ cuiqꝫ tribuere/ĩde fit/ut q iustus ẽ/idẽ bon9 sit / & q bonus iustus eẽ dicatᷣ/p quãdã decẽtissimã recipro/ cationẽ.Menãder/qđ et pollux docet ĩ onomastico/ γηδιον δικαιον .i. terrã iustã appellat/quæ scili/ cet q̃tũ accepit tãtũ reddat. Negotiatores/q uultis & dici & eẽ bõa noĩa/q̃tũ accepistis/tãtũ reddite ci/ tra fraudationẽ/sit ꝓcul a uobis oĩs ĩpostura/oĩs cir/ cũscriptio/a statera ne digitũ qdẽ trãsuersum absce dite/apđ græcos ab hoc excellẽti iustitiæ bono Ari/ stides δικαιοσ.i.iustus est cognominatus/qđ sane cognomen oĩbus omniũ triũphis est anteponẽdũ/ qđ equidẽ maliĩ/q̃ magni Põpeii/felicis Sylle/Po/ liorcetis Demetrii hoc ẽ urbiũ expugnatoris. Q uo ꝓcul dubio noĩe nullũ p̃stantius nullũ fauorabilius eẽ põt.Q uo circa q uult & eẽ & uideri bonus prin/ ceps/ac amabilis/Ea æqtate iustitia bonitate sit p̃di/

Iustitia ut oleum.

Aristides iustus.

tus / ũt merito Δικαιοσ ideſt iuſtus cognominari
poſſit / is in ſe ſe oĩa habet / penes quem eſt iuſtitia /
& ut camenæ græcoꝝ canunt τροποσ Δικαιοσ
κτημα τιμιωτατον ideſt iuſti mores precioſiſ/
ſima poſſeſſio. Interrogatus Ageſilaus ille ma/
Scitum gnus / utra uirtus p̃ſtantior foret / fortitudo / An iuſti
ageſilai. tia / ſcite elegãterq; reſpõdit ουδεν εφη ανδριασ
χρηζομεν εαν παντεσ ωμεν Δικαιοι nihil in
quit fortitudine indigemus / ſi iuſti omnes ſimus.
Puteolos italiæ populos nuncupatos eſſe dicar/
cheos a iuſtitia docet Stephanus græcus auctor / &
Dicarchei noſtri meminere / hic illud Papinii. Celſa dicarchei
puteoli. ſpeculatrix uilla profundi. Q uã ſpetioſum / q̃ me/
morabile / q̃ glorioſũ foret ſi hæc ciuitas noſtra atq;
adeo / ciuitates oẽs tã ſancte tãq; iuſte regerentur / ut
dicearchiæ nominari merito poſſent cognomĩe ſãc
to & amabili. Iuſtitiam græci Δικαιοσυνην ap/
pellant / quaſi Δικαιου συνεσιν ideſt iuſti intelli/
gentiam / ut interpretatur Plato in cratylo / ad quã
cum omnes mortales / tum maxime principes ſe ſe
natos eſſe nouerint / noſcent autem ſi iuxta Symbo
lum Pythagoricum / ſtateram non tranſilierint / eiq;
Symbolum alterum maxime cognatũ / maximeq;
germanum copulauerit: quo diuinus philoſophus
Corona ñ precipit / Coronam urbium non carpendam / hoc eſt
carpẽda. leges urbium eſſe ſeruandas. & enim ut ueriſſime
Lex dña. dixit Pindarus / lex omnium domina eſt / cui ut deo

parendum esse cõmonet conditor familiæ peripa/teticæ Aristoteles. Quin etiam deus ille philosohorum Plato Cuius os in philosophia purgatissimũ est & lucidissimũ/stat acerrimus legis propugnator/ atq; ueluti e specula surdis ueritatis mortalibus ita proclamat. Interitum paratum illi ciuitati uideo / in qua nõ lex magistratibus sed legi magistratus p̃sũt. Salutem uero illi/in qua lex magistratibus domi/natur/cuncta certe bona/quæ dii ciuitatibus p̃bent/ huic affore conspicio. Sit ergo lex in ciuitate uelut Regina in arce uitiorum emendatrix / uirtutum p̃/miatrix recte uiuẽdi dux/& totius ciuitatis sospita/trix saluberrima. Audite quæso elogium/quod pro uestibulo edium principalium/pro cubiculis magi/stratuum/quod in liminari pagina iuriscõsultorum non tam scribi q̃ sculpi decet. Sic enim inquit Arpinas orator. Mens & animus & consilium & sententia ciuitatis posita est in legibus/& ut corpora no/stra sine mente/sic ciuitas sine lege suis partibus & neruis ac sanguine & membris uti non potest. Le/gum ministri magistratus/legum interpretes iudi/ces. Legum deniq; iccirco omnes serui sumus/ut li/beri esse possimus/quis igitur amator ciuitatis/cupidus publicæ salutis / cum intelligat adminiculo le/gum fulciri ciuitatem/non totis uiribus symbolum pythagore custodiat/ne coronam carpat/hoc est / ne legem uiolet / sine qua cuncta corruant necesse est. Elogiũ.

Cóstat profecto ad salutẽ ciuiũ ciuitatũq; incolu mitatẽ, uitãq; hominũ & quietã & beatã inuẽtas eẽ leges quas porti9 Cato ciuitatũ neruos eẽ dicebat, quaꝝ iuentricem Cererẽ oi pconio laudis extollere debemus, quã ob id græci thesmophoron uocãt, q̃si dicas legiferã, & eius initia ac festa Thesmophoria. Veꝝ ut dicã qđ sentio, nó tã igenio hominũ, q̃ diui na mẽte lex fuit excogitata ppagataq;. Quãobrẽ lex uera atq; prĩceps apta ad iubendũ & ad uetãdũ ratio est recta summi iouis.

Leges ner ui ciuita/ tum.

Thesmo/ phoria.

a Pud græcos i bene moratis ciuitatibus, nó solũ obseruabãt nomothetæ hoc ẽ códitores legũ, ut draco & solon, Veꝝ etiã custodes legũ diligẽtissimi creabant, quos græci nostriq; scriptores nomophylacas appellãt. hoꝝ erat officiũ, ut Columella inqt eos, q legibus parẽrent, laudibus psequi, nec minus honorib9, eos autem qui nó pa/ rerent pœna mulctare.

Nomo/ phylaces.

p Rincipes, q seruãtissimi legũ tutores eẽ deberẽt, fidissimiq; nomophylaces, hi plerũq; sunt præuaricatores, supplãtatoresq;, illud subĩde iactitãtes, prĩceps lege solutus ẽ, & libido regũ p legibus habẽda. Hic oli Antóinus cara/ calus Romanus impator, cũ nouercã noĩe Iuliã lu/ culentam feminã incesto amore diligeret dixissetq;, uellem si liceret, ferũt illã respondisse. Si libet licet.

Si libet licet.

An nescis te imperatorem esse, & leges dare nō accipere, hoc sane uerbum, quod oleum est camino, q̄d sulphur incēdio, idem fuit ad furorem pricipis extimulandum legesq; conculcandas. nam euegistio furiis cupidineis cōcitatus, nuptias īcestas infandasq; cū nouerca confecit, quasi sciret se leges dare. Cum uere, si quid auitæ sanctitatis in homine fuisset, solus prohibere debuisset Si quidem matrem, nec enim alio dicēda erat nomine, duxit uxorem, & ad parricidiū iunxit incestū. Nāq; eam matrimonio sotiauit, cuius filiū Getā eūdēq; ipsiusmet fratrē prius occiderat. Nero quoq; sanguinarius princeps & humāi generis fax ac pestis, ueneno fratrem Britānicū aggressus est, parato a locusta triuenefica, q̄d cū opinione tardius grassaretur, accersitā mulierem sua manu uerberauit, arguens pro ueneno remediū dedisse, excusantiq; locustæ minus ueneni datū ad occultandam sceleris tam atrocis inuidiā, sane inq̄t legem Iuliā timeo, uidelicet ostendens se ipsis legibus mādare suspendiū, & se legi, nō legem sibi dominari, uenenoq; iter̃ p̄sentissimo propinato ad primū statim gustū exanimatus est infelix puer. Ni mirum tales prīcipes uel potius tyrāni leges p̄inde habent ac telas aranearū, nā sicut illæ infirmiora animalia retinentes, ualentiora transmittūt, ita legibus humiles & pauperes cōstringūtur, diuites & præpotentes non alligātur. Erit opinor operæprecium

Leges ut telæ aranearum.

percensere hoc in loco historiam barbaricam quidē sed negotio instituto bene congruentem.

Exemplū Regis p/sarꝝ.

c Ambyses persarꝝ Rex sororis amore cap/tus cupidusqꝫ ducēdi illam uxorem, quod nefas erat, regios iudices euocat percūcta/turqꝫ nū qua lex sit, quæ sinat uolentem fratrem cū sorore copulare matrimoniū. Iudices quibus libido regia bene erat cognita circūspicienter sagaciterqꝫ respōdentes nullam se inuenire legē, quæ permittat fratri nubere sororē, quādam tamen affirmant inue niri legē, qua liceat regi pſarꝝ facere quicqd libeat. Ita neqꝫ legem abrogarunt, & ne legem tuentes ipsi periclitarētur aliam inuenerunt subscribētem uoto eius, qui sororem in matrimoniū ducere cōcupisce/bat. Sic cābyses reperto legis diuerticulo sororē per nuptias īcestas duxit uxorē. uerū nostris quoqꝫ temporibus haud parꝝ multi prīcipes uisuntur, qui quasi aquā feruentē frigidā esse, ita putant leges, di uerticulaqꝫ id genus excogitant.

n Os uero obseruantes symbolum ueneran di philosophi salutare, stateram ne transi/liamus, coronā ne carpamus, hoc est una cū iustitia leges ptinaciter seruemus: ut ita uiuamus magna exparte īpeccabiles, curiose cauentes ne dici merito possimus, ανομοι και παρανομοι, sic.n. græcis uocib⁹ hoīes iniq & scelesti noīant͛. q̄si legi/

Legiru/pæ.

rupæ, & trāsgressores legis, quā νομον uocitant.

Equitur Symbolū Pythagoræ / quo uitæ beatitudo consistit / qđ sic infit καρδιαν μη εσθιειν idest cor non comedendū / qđ signat mœrorem ex animo eiiciēdum / quotus qsq; mortaliū est: qui cor quotidie nō edat / qui mœrore nō tabescat / qui egritudine nō cōficiatur: homines sunt / ut scitissime simul & eloquentissime diffinit Apuleius anxiis mētibus / brutis corporib9 / querula uita. & ut auctor est Diuus Ambrosius / piraterium est uita hominis / siue q̄ homines in hac uita omnia experiūtur mala: Piraterium enim latine experimētū dici potest. seu quod uero propius est / q̄ in piraterio sumus / hoc est in habitaculo piratarū / hoc. n. uocabulo prædonū domiciliū nūcupat̃. hic ergo tot piratæ in nos grassantur & seuiunt / quot curæ exanimales / quot affectus aculeati præcordia fodicāt atq; diuellunt. tot ꝑdones circūsiliunt / quot angores exagitāt / quot perturbationes inuadunt. Tota hominis uita flebilis est / & ut inquit uerissime Plinius noster / homo a lachrymis uitam auspicat̃ / estq; quædā quasi officina mœrorum / ut uelis nolis cor comesse cogaris / & mœrorē habere ꝓ pabulo ferme quotidiano. ut nō īmerito lachrymæ Heracleti philosophi dilaudētur / q quoties ꝓdibat ī publicū flebat / tāq̄ oīa omniū hoīum negocia sibi flēda eē uideret̃. Isti purpurati & cuneis satellitū stipati / quos uulg9 beatos uocat / q̄ sæpe mœrēt / q̄ sæpe suspirāt / q̄ multis uibicib9

Cor non comedēdum.

Piraterīū.

Lachrymæ heracleti.

mestitudinis introrsum deformati squalent. quorꝝ beatitas oppido q̄ decenter & scite personata bracteata supparata nominatur.

Beatitas bractea/ta.

h Istorici celebrant Ethiopas quosdam/qui neq; doleāt neq; irascātur/neq; ulla humana affectione moueantur/quos ob id ipm apathes uocāt/quasi dicas impassibiles/hoc est sine ulla animorꝝ perturbatione degētes/Plinius noster quosdam sapientiæ affectatores refert toruitate quadam naturæ dura & inflexibili præditos humanis affectibus caruisse / qui & ipsi apathes nominātur.

A pathes.

Mihi humanam conditionem ac uitam solerter pensitanti uix possibile uidetur inueniri hominem/qui sit apathes/qui cor subinde nō edat/qui mœrorem tristitiamq; non gustet uel ad satietatem. Rara auis ī terris nigroq; simillima cygno ille est/quē nō teneant stipent ambiant comites illi quique Plautini amatoris/uidelicet / cura / miseria / egritudo /lachryme/lamentatio.

n Vper ego Cor comesse coactus sum & largiore mœroris gustulo saturari / siquidem me uehemēter cōtristauit/ & maximo dolore confudit obitus Mini Roscii/ quo mihi homo nemo neq; amicior neq; carior neq; coniūctior fuit/ Idq; meritissimo. Nāq; ānos ab hinc circiter triginta tirūculi simul fecimus stipendia litteratoria sub Francisco puteolano/ qui ut tunc ferebant tempora

De Mino Roscio.

primi nominis primeq; notæ iter classicos profes/
sores habebatur. ex hoc cōdiscipulatu dulcissimoq;
litteraꝝ cōtubernio amicicia inter nos sancta ac re/
ligiosa quadā necessitudine imbuta coaluit. Auxit
beniuolentiam frequens ac pene quotidiana cōsue
tudo, dum scriptores latinæ linguæ pene uniuersos
cursim quidē nec tamen icuriose perlegimus. Erat
in Roscio meo igeniū p̄sens, extemporalis facūdia
solers prudentia, cui difficile eēt imponere, ut nō mi
nus uere q̄ breuiter a me in endecasyllabo dictū sit.
orator bonus & bonus senator, erant in homine plu
rimæ litteræ nec hæ ut in politico uulgares, sed inte/
riores quædā & recōditæ, huc accedebat peculiaris
quædā in negociis obeūdis dexteritas, in sermoci/
nationibus affabilitas, in seriis rebus grauitas, in io
cosis urbanitas: erat deniq; ī homine ingenium uer
satile, adeo ut uir omniū horarū merito dici posset.
hinc in senatu primas obtinebat primusq; sentētiā
magnis in rebus rogabatur. Illustris prīceps noster
Ioānes Bentiuolus nostræq; patriæ columen hunc
tanti faciebat ut pluris faceret neminem, & quoties
temporibus duris ac tenebricosis in negotiis maxi/
mis fuit opus oratorē destinare, qui fieret exorator,
ex omnibus unū prope peculiariter extra sortē no/
minatim nūcupabat, cui tū ob fidē tum ob pruden
tiam tuto cōcrederet & publica negocia & priuata.
Inclytus Annibal alumnus meus sine Roscio nihil

altum meditabatur / Ne longum faciam / omnibus Bentiuolis erat sicut eẽ debebat / lõge acceptissimus / apud cũctos Bononiẽses in amplissima estimatiõe domi forisq; mõstrabilis / politicis uirtutibus ornatus / liberali musa ꝑpolitus / opibus luculentis suffarcinatus Agebat cõsumatũ omni ex parte senatorẽ / agebat lautũ patrẽ familias / agebat amicũ nõ min9 auxiliariũ q̃ cõsiliariũ / cũprimis uero mecũ familiariter uiuebat / mecũ seria ut dicitur & ioca: eratq; nõ solũ municipibus meis sed etiã alienigenis amicicia Roscii Beroaldiq; notissima / quã posteritati quoq; notã facere ꝓ uirili parte cõtẽdo. Quæ uoluminib9 iã ñ paucis a me editis cœpit ĩnotescere. Veꝝ nulla est diuturna felicitas / parensq; rerũ natura nouercã se se nobis idẽtidẽ p̃stat / & plus aloes ꝓpiat q̃ mellitæ potionis. & cum duo sint dolia ĩ iouis uestibulo collocata alteꝝ bonoꝝ / alteꝝ maloꝝ prõptuariũ / largior quot diebus atq; adeo quot horis copia ꝓmit̃ ex dolio maloꝝ. O Spes hominũ fallaces / o inanes nostras cogitatiões. o uitã mortaliũ fluxã & caducã / ut sæpe gaudia ĩ luctus / ut sæpe cãtus ĩ lamẽta uertũtur. Minus Roscius meus plenus gaudii plenus hilaritatis / inierat põpabiliter deducente toto populo calẽdis septẽbris Magistratũ amplissimũ honoratissimũq; / quẽ uexilliferũ iustitiæ uulgo nominitant / estq; bimestris Rei. Pu. moderator / cum repẽte graui morbo ĩplicitus & causone / hoc ẽ febri estuo/

ſa correptus domum ex palatio rediit/dieq̃ decimo quito conſũptus eſt/ad quartũ nonas octobris/quẽ diẽ Bononiẽſes ſolẽniter celebrãt/ut pote diuo Petronio tutelari deo noſtro dedicatũ. O diẽ luctuoſũ & nigro calculo notandũ/dupliciq̃ iactura mihi iſauſtũ & ominoſum / Si qdẽ octauo ab hĩc ãno hic dies mihi matrẽ optimã pientiſſimãq̃ eripuit/& in p̃ſẽtia amico maximo ſuauiſſimo amabiliſſimo me ſpoliauit/reliqtq̃ dimidiatũ. p̃rũpũt lachrymæ/ſupat dolor/urit atrox cura/recurſat ſubinde idolon & ſpectrũ Roſcii mei/quẽ in lecto cubãtẽ cũ ex officio mutuæ germanitatis ſubĩde uiſitarẽ pridie q̃ ex hac uita migraret/uerba hæc nouiſſima ex ore moriẽtis excepi / Vale Beroalde mi/te reliquo/& uocor ad maius tribunal. quæ quoties ſubeũt mẽtẽ/toties lãcinãt p̃cordia. Dixerũt ueteres morte Africani caſtratã eẽ Romanã Rẽ. Pu. mortuo Catõe relictum eẽ Senatũ pupillũ. Nos uero modeſtius loq̃ntes dicamus morte Mini Roſcii Rẽ. Pu. Bononiẽſem orbatã eẽ optimo patrono/& me uiduatũ gẽma amicoꝝ meoꝝ/q nõ min9 mihi lugẽdus ẽ/q̃ neceſſarios & cõſanguineos lugere ſoleamus/imo amicus p̃pĩquo ãteponẽdus ẽ/& amicicia hoc p̃ſtat p̃piq̃tati/q̃ ex p̃piq̃tate beniuolẽtia tolli põt/ex amicicia ñ põt/ ſublata aũt beniuolẽtia/ut ĩqt ueriſſime cicero/amiciciæ nomẽ tollit̃/p̃piq̃tatis manet. Verſiculus ẽ ex amatorio promptuario ſententialiter expromptus/

Mõte africãi caſtrata. R. P.

Verus amor nullum nouit habere modum / amor noster cum uerissimus sincerissimusque floruerit / nullo modo terminabitur / nulla obliuiōe oblitera/bitur/uiuit uiuetq; mihi ĩ penitissimis ꝑcordiis Roscius meꝰ. Cuiꝰ acerba mors fecit me obliuisci symboli pythagorici/quod ꝑcipit cor non eẽ gustandũ/merorẽq; ex animo proiiciẽdum. Itaq; tãto orbitatis uulnere cõfectus cõfugi ad salutares libroꝝ suppetias/qui pure lecti mirũ in modũ recreãt atq; reficiunt animũ languẽtem/& fomenta suppeditãt/est & illa nõ parũ efficax consolatio/quæ aurem uellẽs sic infit & iterius personat/magna est felicitas mori in felicitate/ Roscius tuus decessit florẽtissimus plenus honoꝝ plenus bonorum/primarius Senator in sũmo magistratu/perfunctus legationibus honoratissimis ad pontificem Maximũ / ad sacrosanctum regẽ galloꝝ/ad principes plurimos destinatus/septimũ fuit consul / hoc est ut nos loquimur septimum Vexillifer iustitiæ / deniq; sũmum fastigiũ priuati hominis impleuit. Decessit ætate in seniũ uergente annos natus duos & quiquaginta. Dices eũ ad huc annos plusculos uiuere potuisse. Verum nescis qd uesper serus uehat. Nescis q̃ soleant repẽte fortunæ hominibus ĩmutari/nescis in lõga uita idẽ accidere solere quod in longa uia / in qua luti plurimũ est & pulueris/mors cum nõ a bonis eripuit sed a malis: persoluit tributũ/cui obnoxia est omnis mortalitas/

Mors tributũ mortalium.

quod uelimus nolim9 est persoluēdum. sumus oēs spiritus p̄carii. uita data est utēda· p̄cario. Iniqui est debitoris creditori reposcenti quod suum est facere co nuitiū/& cū uita mortuoꝝ sit in memoria uiuoꝝ/ uiuet in pectoribus mortaliū/atq; in sermōe uersa/ bitur. hæc & id genus fomēta me reficiūt auocantq; a merore tabifico/abducūt a lachrymis nihil p̄ficiē/ tibus. subit illud. quid faciā? Angam excruciem ne me? quid deinde assequar? proīde aīo iam cōposito & mēte tranquilla omnipotētem atq; ultramūdanū deū dep̄cabūdus rogo & oro / ut manes Roscii mei in domiciliū eternæ beatitatis accipiat / ut in elysio celesti in cetu beatoꝝ æuo sempiterno p̄fruatur: p̄ut meretur ille/qui de patria bene meritus est/ qui fuit integerrimus ciuis/optimus senator/æquissimus cō sul/in omni deniq; uita ad amussim formatus. hoc ueluti quodā quasi elogiū atq; adeo epicediū offi/ ciosus exhibeo memorie amicissimi/quoniā hoc so lū restat/quod mortuo p̄stare possimus. Si quis aūt erit aliquādo tā ociosus tāq; ab omni serio feriatus/ ut hæc qualiacūq; sunt in manus sumat/ queso hoc totū perlegat citra fastidiū nec sine sympathia / co/ gitetq; in uita nil dulcius esse nil optabilius amico: quo cū oīa perinde ac tecū tuto libereq; loquaris: q in rebus secūdis tecum peræque letetur/in aduersis consolatione confoueat: Talis autem nec facile in/ uenitur/& inuentus amittitur / nō sine maximo ani

mi cruciatu/ſicuti ego nuperrime expertus ſum fac/ta Roſcii mei iactura grauiſſima / hoc queſo elogiū nouiſſimum quod defuncto dedicamus tam diu/turnum ſit tamq; durabile/ut nulla uetuſtate inter/moriatur/ immo fiat ipſa ætate uiuacius.& cum uix tria aut quattuor nominentur apud ueteres paria amicorum/ſpero ī hoc genere amiciciam Mini Roſcii & Philippi Beroaldi notam poſteritati fore. libuit ex amoris ſincerioris affectu in hæc quaſi parerga diuertere:quæ lectores laſſeſcētes mire reficiunt/ſuntq; ueluti cōdimēta/qbus auriū faſtidiū/repurgari cōſueuit/fieriq; aīus uegetior ad reliqua p/noſcenda. Sed ut domū repedemus/& uñ egreſſa ē eodē reuertat̃ oratio/qd nobis agēdū ē/ut pythagorico ſymbolo obtēperātes cor nō comedamus: Nimiṛ ut ego ſētio aīus nr̃ ꝓ uirili parte abducēdus ē/auocādusq; a curis edacib9/& uita cū hilaritate degēda/aīus.n.gaudens ut ait Solomon ætatē floridā facit/ſpiritus triſtis exiccat oſſa.& ſane egritudo carnificina eſt/animū hoīs exedens/planeq; cōficiens: exquo ipām egritudinē chryſippus appellatā putat græco uocabulo λυπην q̃ſi lyſin.i.ſolutionē totius hominis/nec īmerito/Siqdē hō mœrore confectus tabeſcit maceſcit ſeneſcit miſer.hic illđ de hoīe mœrente nō minus uere q̃ ſcite dictū eſt. Refugere oculi/corpus macie extabuit/lachrymæ pedeſ humorē/exangues genæ ſitu nidoris / barba pedore horrida

atq; ītonsa īfuscat pectus illuuie scabrū. omni itaq; cōtentione uelis ut dicit' Remisq; egritudo eliminā da est: quæ īstar carnificis atq; tortoris homini īfert cruciamēta teterrima. Clarissimus medicinæ cō ditor Galen9 salutariter p̄cipit ab ira a tristitia a sol licitudine cūprimis abstinēdum eē, ppterea q; hæc pathe. i. pturbationes & morbi corpora nostra ptur bant exiccāt exanimāt. & homo nō minus sæpe mo ritur ex mœroris exuperantia, q̄ ex īmodica leticia. Causam aūt qui alterutrā nouerit, utrāq; noscet. Si quidem ut apud scriptores medicinæ idoneos cōpe rio ex letitia gestiēte & gaudio nimio spiritus ac sā guis una egrediuntur ad corporis extima quasi ob uiam tantæ hilaritati, unde fit ut calor ingenitus re pente extinguatur: sicut ignis extingui solet ex ue hementiore uentilatione. Contra ex mœrore im modico largitateq; tristiciæ spiritus & sanguis intra penetralia reconduntur, extinguntque subito īna tam caliditatem, sicut ignis extinctus intermoritur coopertus conuelatusque cinere largiore: qui eum exhalare, respirareque non sinit. Plato in menexe no laudans uetus illud prouerbium quod est μηδὲν ἄγαν Nequid nimis: monet uitam ita insti tuendam esse ut prouerbio pareamus: si bene bea teque uiuere uelimus: nunquam enim nimis aut letitia exultabit: aut tristitia uexabitur qui ni hil quicquam nimis faciet atque intemperanter:

Mors ex egritudi ne & gau dio.

& ut inquit ille: gaudebit minus & minus dolebit.

Democritus gelasinus. Democritus ille, cui omnia & ridicula & ridẽda esse uidebãtur: quem ob id græci gælasinon cognominauere: sũmũ hominis bonum eẽ cẽsebat euthy-

Euthymia. miam: sic enim græca uoce dicit animi trãquillitas: quæ uitæ beatæ effectrix est: amet ergo & omnibus uirib⁹ appetatur expers publicæ priuatæq; curæ trãquillitas. Sit nobis cordi Euthymia Democritica hoc ẽ aĩus trãquillus & pinde beatus: si cor gustare ñ uolum⁹ si mœrorẽ mestitudinẽq; pcul eliminare cõcupiscim⁹. In ecclesiaste scriptũ ẽ, laudaui letitiã q̃ nõ eẽt homini bonũ sub sole nisi q̃ comederet & biberet, atq; gauderet, simus ergo in gaudio in hilaritate: simus animo quãtum potest defecato. Simus exporrecta frõte non striata, imitemur pro uirili parte Socratem parentem philosophiæ moralis, quem

Socrates eodẽ sẽ p uult. Xãtippe uxor predicare solita est, semper se uidisse eodem uultu exeũtem domo & reuertentem: hoc ẽ sereno & tranquillo: inquo in magna inæqualitate fortunæ mira frontis & mentis æqualitas conspecta est. Erimus autem hilares & gaudibundi prope perẽniter: si studiis doctrinarum animũ excoluerimus, & hoc ueluti suauissimo pabulo mens nostra saginata pinguescat. Sunt studia quædam austeriora impendio & acerbiora: Q uibus animus noster non tam hilarescit q̃ cõtristatur, quæ instar mordacioris medicamenti cum amaritudine prosunt.

Verum studia humanitatis & liberali musa cõdita ea habent succũ, habent suauitatem. Hic est ille sol, qui nubila humani animi serenat. hæc est illa syren, quæ cantu salutari mortalium corda cõmulcet. Hoc est illud nepẽthes, quo tristitia discutitur, Curæ hebetantur, hilaritas conciliatur. Quod oĩbus utiq; mortalibus foret propinãdum. Litteræ litteratæ in secundis rebus sunt maximo ornamento, in aduersis maximo solatio, nihilq; tam triste, quod ꝑ has nõ fiat minus triste, nihil tam letũ, quod non sit his letius. Ergo igitur ad unũ mœroris leuamentũ potentissimũ studia confugiamus, ad scribendi legendiq; solatia cõuolemus, quæ tristitudinis maculas abstergebũt, frontem serenabũt, animũ defecabunt instar mundi, qui semper enubis purus liquidus & imperturbatæ lucis est. Verum.n.uero sunt & illa ad mœrorem explodendũ parua quidem nõ tamen aspernanda remedia, uidelicet ut heleniũ nobis p̃sto sit, sic appellat̃ herba ex helenæ lachrymis nata, quæ in uino pota effectrix est hilaritatis, eaq; tristitia omnis abolet̃. Habeamus & buglosson quæ in uinũ deiecta animi uoluptates auget, & ob id uocat̃ euphrosynon, sic enim græca uoce hilaritudo atq; letitia significatur. Danda interdũ opa aurium musicæ suauitati, qua sensus hilarãtur, qua capitur omne quod uiuit: quæ lenit pathe idest passiones animorum & sollicitam explicat frontem, de

Nepenthes.

Heleniũ.

Musica lenit passiones.

cuius laude extat oratio a me composita per id fere tempus: quo adolescentulus odas Oratii hoc ipo in gymnasio ꝓfitebar. Simus memores adagii græci quod ait αβρωμοσ βιοσ Abronis uita, q fuit diues & uixit molliter ac beate, nosq; admonet ut sine nu bilo tristitiæ in animi serenitate uiuamus. Nō nūq̄ geniales agēdi sunt dies, & hilaritate cōuiuali ac po tiōe liberali curæ dissipādæ, animusq; exhilarādus, cui nō minus expedit īdulgere q̄ corpori. Nemo tamē existimet me ꝑcipere uinolētiā, agereq; uino/ lentoꝶ patrociniū, nō.n.uolo mergi nos uino & po culis ingentibus ingurgitare mētis uigorē, sed libe/ ralius solito nō nūq̄ parētare Dionysio, qui ut mor/ bis quibusdā sic etiā tristitiæ medet̃ Curasq; ex ani mo foras trudit, unde Seneca liberꝶ dici autumat ñ ob licētiam lingue sed quia liberat asseritq; animos a seruitio curaꝶ, quod & uersiculus lyrici poetæ de/ cēter īsinuat, dissipat Euchius curas edaces. Pla/ to quoq; existimauit refici integrariq; animos mo/ dicis inter bibēdum remissionibus, Reddiq; eos le tiores & ad instaurāda sobrietatis officia fieri habi liores. Libet uerbis græcis subtexere id qđ luculēti græcoꝶ scriptores ꝓdidere, quod memoratu & scitu dignū est. κρατηρ ο μεν πρωτοσ Διοσ ολυμ/ πιου και ολυμπιων θεων, ο δε δευτεροσ ηρ/ ωων, ο δε τριτοσ Διοσ σωτηροσ idest prima cratera est iouis olympii olympioꝶq; deoꝶ siue ce/

Abronis uita.

Parētare dionysio.

Liber uñ.

lícolaꝝ/secũda uero heroũ/Tertia autem iouis Sal uatoris. ad hũc intellectũ referri nõ absurde potest illud Apuleianũ/prima cratera ad sitim pertinet/se cunda ad hilaritatem/tertia ad uoluptatẽ.quidã nõ solũ ter sed ter tria/imo ter tria ter pocula hauriẽda esse demõstrant. Verũ nos in honore iouis & celitũ & heroũ ter bibamus/ternisq; poculis satis siti hila ritati uoluptati faciamus.nãq; & hic numerus/qui græce trias latine ternio dicitur inter perfectos nu/ meros cũprimis numeratur. Ita aio refoto si quid in eo frigidæ tristitiæ & curæ edacioris insuerit dilue/ mus/poterimusq; cõmodissime a Dionysiis ad ne/ phalia sacra transire/in quibus nõ uinũ libatur/sed aqua tantum mulsa/quæ sobriosorum sunt festiui/ tates/quos græco uocabulo νηφαλιουσ uocant/fie/ bat autem apud Athenienses/ut hoc quoq; obiter attingam/νηφαλιοσ θυσια idest sobriũ sacrificiũ soli lunæ memoriæ nymphis auroræ & ueneri/ut i/ quit polemon/in quo ξυλα νηφαλια idest ligna sobria cremabantur. Diuæ quoque Ruminæ quæ præest lactentibus infantibus nephalium festum celebrabatur/in quo lac libare consueuerant.ergo ita non nunq̃ uino indulgeamus/ut possimus ani/ mo exhilarato mœroreque discusso repente ad ne/ phalia sacra conuerti. & sobriorum munia nauiter capessere/Cauẽtes ne istar anus Plautiæ merobibi

Trias ter/ nio.

Nephalia

& multibibi dũ uolumus discutere tristiciam ratio/nẽ excutiamus & mentem. Hæc in præsentia satis habeo decerpsisse ex aceruo remediorum / quæ ad mœrorẽ explodendũ existimãtur eẽ accõmodatis/sima / inter quæ sunt & fabulatores elegãtissimi ma/ximeq; litterati. Adhibeãtur interdũ & scurrilitates scurrarꝝ / quæ non minima esse solent hilaritatis illi/cia / sunt & balnearꝝ delitiæ non minus uoluptariæ q̃ salutares / Vnde illis inditũ nomen esse autumat Diuus Augustinus / qui in libris confessionũ refert balneũ a græcis ideo βαλαμειομ appellari φ βαλ/λει τασ αμιασ Idest anxietates pellat ex animo. Ergo igitur pro uirili parte elaboremus ut symboli pythagorici bene memores cor minime gustemus / merorẽq; ex animo propellamus uitam agẽtes hila riorẽ iucũdiorẽq; / ut fronti serenæ gaudia interiora respõdeãt / ut intus & foris nubilo tristitiæ discusso serenati simus. nam alioqui uita non est uitalis / nisi cum hilaritate contingat / & uacuitas ab angoribus adhibeatur.

Balneũ unde.

s Ymbolum Pythagoræ est μη γευεσθαι μελαμουρωμ idest non oportere gustare ex melanuris hoc est habentibus caudas nigrantes / quod tropologice significat nõ oportere cõuiuere cũ nigris hominibus idest malis / quoniam ex malorꝝ cõsuetudine trahũtur mali mores. O pre ceptũ salutarĩo Symbolũ ĩ pectore memori figẽdũ.

Nõ gustã dũ ex me/lanuris.

Quo monemur cauere a cõmertio nigrorũ hoc est uitiosorꝝ. Duo sunt colores albus & niger/quorꝝ altero uirtus/altero uitiositas ꝑnotaẽ:Cãdor est symbolũ uirtutis/nigritia uitiositatis.hic illud Persianũ/ illa prius creta mox hæc carbone notasti.Iubet pythagoras abstinere a gustatu melanurorꝝ. dispiciamus q sint melanuri ut ita nouerimus a qbus cauerẽ debeamus.Melanuri sunt pisces ex eo dicti qd nigrãtẽ habẽt caudã q inter saxatiles numerãtur. Melanuri piscis Ennius poeta uetustissimus meminit eo uersu.Melanurꝝ turdũ merulãqꝫ umbrãqꝫ marinã. Verꝝ nõ a piscibus id genus abstinere nos uoluit diuinus uenerãdusqꝫ philosophus / sed symbolicos ꝑcepit cauẽdos eẽ hoĩes nigros hoc ẽ uitiorꝝ nigritudine decoloratos:quorꝝ magna natio ẽ. nãqꝫ oẽs impostores fraudulẽti circũscriptores/oẽs malitiosi peculatores neq̃ ueteratores/deniqꝫ oẽs mali/ sũt nigri / sũt melanuri sũt atritate notabiles. Audite q̃so qd mirꝝ uobis uideri poterit/nõ parꝝ multi albati cõspiciũẽ/q sũt omniũ nigerimi/q ĩter nos familiariter degũt foris Catones ĩtus sardanapali/ĩ ꝓpatulo tristes domi dissoluti/q obstipo capite ob ambulãt/ quorꝝ faciẽ cũ aspicias haud mali uidentur/quos ex uestiũ cãdore sinceros cẽseas & sãctos.de qbus illd merito dici põt/dolosi hoĩes dolosa uestimẽta/uesti nulla fides/Quis.n.nõ uicus abũdat tristibus obscenis?Hi sermone cẽsorio lingua Catoniana alie-

Melanuri pisces.

Dolosi hoĩes.

Dolosa uestimẽta.

nas sordes & uitia seuerissime icessunt intercutibus
ipi uitiis madētes. Ecōtrario sunt alii pullati & ue-
stibus nigris atrati / quorum mens interior nigritiæ
exteriori respondet / ut intus forisq; sint nigerrimi.
Ab his oībus quoniā sunt melanuri cauete / & cauē
dū eē pcipit symbolū pythagoræ. Q uāq̄ oppido q̄
arduū ac difficile est cauere a melanuris / cū nō sint
oībus cognobiles / cū uestitu fallāt & uultu. cū uer-
boꝝ inuolucris simulationūq; adūbrationibus mo
res lutulētos obuoluāt / cū sub habitu ouiū lupi deli
tescāt / nā ut inquit nō minus uere q̄ eleganter Plau
Lup9 est hō hōi. tus / lupus est homo homini nō homo / cū qualis sit
nō nouit. non cuicūq; obuiū est iudicare de homine
propter occultas uoluntates multiplicesq; naturas.
frons / oculi / uultus / psæpe mētiūtur / oratio uero sæ-
pissime. M. Tullius canina facūdia ac mordacitate
satyrica inuectus in Pisonem / oculi inquit supcilia
frons / uultus deniq; totus qui sermo quidā tacitus
mētis est / hic in fraudē homines impulit / hic eos q/
bus erat ignotus decepit fefellit iduxit / Archidam9
lacedæmonius dicere solebat ouē unā tantū eādēq;
uocē reddere hoc est balatū. hominē uero πολλασ
και ποικιλασ idest multas & uarias uoces efficere
donec ad id aliq̄do qđ cupit pueniat / homo chame-
leon est / nā ut ille colores suos multifaria qualitate
cōmutat ita & homo uerba imutat uariatq; consilia
diuersisq; imaginibus imutatur / prout existimat eē

conducibile. homo est protheus/qui modo leo fren dit/modo anguis sibilat. et ut inquit poeta/oĩa trãs/ format se se in miracula rerũ. homo est panchros/ut enim hæc gẽma ex oĩbus coloribus constat ita ho/ mini oẽs ĩsũt colores/ut difficile sit uerũ hominis co lorẽ internoscere/ Sententia ꝓuerbialis est cuius & Hieremias ꝓpheta cõmeminit: nec mutare potest ethiops pellẽ suã/nec pardus uarietates suas. At ho mo uersipellẽ se se facit cũ lubet estq́ꝫ uarietate mu tabilis ac lubricus. Tres imprimis nationes infa mat antiquitas perĩde ac dolosas & ĩter melanuros habendas Cretam Ciliciam Capadotiã/unde scitũ illđ. τρια καππα κακιστα idest tria. c. pessima/ tãq̃ p tres litteras hæ tres natões quæ a littera. c. inci piunt designẽtur. Nõ nulli hoc dictũ eẽ autumant de tribus Corneliis uidelicet Cornelio Sylla/Cor/ nelio Cina/Cor. Lentulo: qui oẽs pessimi extiterũt turbatoresq́ꝫ rei pu. hi. n. p tres litteras in libris Sy/ billinis designati fuisse ꝓduntur/uerũ in oĩbus gen tibus inuenias haud sane difficulter Cilicas Cretẽ/ ses Cappadocas/inuenias & Cornelios hoc est pes simos atq́ꝫ melanuros/q in nullo nõ genere homi/ nũ reperiũtur: quorũ natio numerosissima est. oẽ se culũ Clodios feret & Catilinas / sed nec brutus erit bruti nec auũculus usq̃. Rari qppe bõi numero uix sũt totidẽ/quot thebarũ portæ uel diuitis hostia nili. Qui cauet ne decipiatur etiam cũ cauet etiam cum

Hõ chameleon & ꝓthe9.

Versipellis.

Tria. C. pessima.

cauiſſe ratus eſt, ſæpe is cautor captus ē. Caueamus ergo a guſtatu melanurorꝫ, fugiamus lõgiſſime contuberniũ nigrorꝫ hominũ, ne et ĩpi nigricia inficiamur. Trahũtur. n. a cõuerſantibus mores, & ut inqt Menãder corrũpũt bonos mores cõfabulatiões peſſimæ. Viuamus cũ Lęliis cũ Catonibus, q ex bonis optimos efficere poſſint: Quotiẽs aũt melanuri occurſant ꝓclamemus, hic niger ē, hũc tu Romane caueto. Hemiſtichiõ ē Ennianũ de elephãtis. It nigrũ cãpis agmen, qđ Actius dixit de indis: qđ Maro nr̃ de formicis loquẽs decẽter uſurpat. & nos quoq; đ melanuris diſertãtes neq; ĩcõcinniter neq; intẽpeſtiue dicamus, it nigrũ cãpis agmen. nã agmi natim nigri hoc eſt uitiorꝫ labe decolorati & nigritia morꝫ infecti eũtes cõſpiciũtur, a quorꝫ guſtatu ut ſymbolũ pythagoræ ſalubriter monet, quicũq; tẽperauerit is uiuet inoffenſius honeſtiuſq;.

It nigrũ campis agmen.

Symbolum pythagore eſt. το πυρ μαχαιρα μη σκαλευειν. hoc eſt ignem gladio ne fodias, quod ſignat potẽtium iram & tumentem animum non eſſe laceſſendum, quod ſane periculoſius eſt q̃ irritare crabrones. Tiberius Cæſar ſubinde dictitabat linguam mentemq; liberas eẽ debere. Valeat hoc qdem ĩ libera ciuitate ꝓgenitis, ut lĩgua & mẽte ſint liberiores licẽtioreſq;: Verꝫ apud prĩcipes cautiſſime agẽdũ eſt, ne ignem gladio fodiamus, hoc eſt neqđ a nobis aut agať aut

Ignẽ gladio ne fodias.

dicat͛ qđ principē ledat ꝓuocetq; ad iracūdiā. Ari-
stoteles calisthenē salubriter mōuit ut cū Alexādro
magno aut rarissime aut iucūdissime loq̄ret͛. Quo
scilicet apud regias aures uel silentio tutior uel ser-
mone eēt acceptior/at ille dum intēpestiuis salibus
pfricat regē Cruciabiliter perēptus penas dedit ur-
banitatis linguæq; liberioris. dicere solebat cestius
declamator ea etiā quæ regibus ꝓsint ita suadenda
eē ut delectent/& nihil nisi cū sūma ueneratione di
cēdū. Igit͛ q apđ pricipē est uerba facturus ita dicat
ita uerba ꝑpēdat/ut multa adulatione animus eius
ꝑmulceat͛. Siqđē ī auribus habitat aīus maximeq;
potentioꝝ/qui prout iucūda audiunt uel ingrata/ita
hilarescunt uel indignantur.

Eruādus ē tñ modus/quē In rebus oībus
utilissimū ꝓhibēt: ne assentatores adulato-
resue eē uideamur/ne nobis blāditiæ nr̄æ
đtrimēto sint atq; dispēdio: sicut olī accidit atheniē
sib9 ad oēm assentationē natura formatis. nā cum
M. Antonius ille triū uir uellet se dici liberꝝ patrem
habitu quoq; et comitatu deū imitaret͛ occurerūt ue
niēti ei atheniēses cū cōiugib9 & liberis/eūq; Diony
son salutauerūt. bene illis cesserat plena hæc adula-
tionis salutatio/si atticus ibi lepos substitisset. Veꝝ
lógius ꝓgrediētes dixerūt se. M. Antōio despōdere
ī matrimōiū suā mineruā/rogauerūtq; ut eā duceret
uxorem. Tūc Antonius dixit se ducturū/uerū dote

opus esse. Itaq; dotis noīe se illis īperare mille talēta & ita atheniēsibus īdecoræ īmodicæq; adulationes mille talentis cōstitere. Cōtra Theocritus ignē gladio fodit hoc ē irā regiā maledictis elicuit penasq; dedit dicacitatis mordacioris, nā cū ad euterpionem coquū dicaciter dixisset, cyclopi me crudū appōes, hoc dicto taxauit regē Antigonū: q luscus erat & cocles. nec nō coqnariā coquo opprobauit. sed euterpioni hac dicacitate pulsato nō defuit salsa ledoria. Capite igitᷣ carebis īquit & huiusce, scōmatis penas pēdes. Mox rē ordine Antigono denarauit: q cōtinuo ī misit pcussores. & ita Theocritus ob nimiā līguæ licentiā capite mulctatus est. Curemus ergo & caueamus oī diligētia, ne ignem gladio fodiētes irā prīcipalē acuamus: ne ob dictū factūue tātillū excādescat ī nos prīceps, ne ad īdignationem ꝓuocetᷣ. & cū sæpe lubricū līguæ causa exitii sit, ꝓspiciamus ne līgua temeraria malū ī nos met ipos cōtrahamꝰ, sicuti cecias nubes, ne more pyraustæ mortem nobis metipsis cōsciscamus, de qua ꝓuerbium est græcoꝝ πυραυστου μορος pyraustæ mors. Cupimus prīcipem esse mitē facilē misericordē: agamꝰ apd̄ illū blāde & reuerenter, nāq; ut apd̄ Curtiū inqt egregie Alexāder magnus, regū ducūq; clemētia nō ī iporꝝ mō, uerū ēt ī illoꝝ q parēt īgeniis sita est. Siquidē obseqo mitigātur, cōtumacia fiunt truculenti. An-

Cecias nubes.

notatũ eſt/qđ in p̃ſentia ſubit mentem/philoſophos quoſdã repriri cõtumaces refractarios et cõtẽptores pricipũ atq3 magiſtratuũ:q tũc ſe demũ uere philo/ſophari exiſtimãt ſi liberius obloquãtur & licẽtius/ tãquã philoſophia ſit libertas quædã & magiſtra lo quẽdi & uiuẽdi ꝓut libido eſt/ueꝝ tales ſedulo mo nẽdi ſunt/ut philoſophãdũ aliter putẽt ne philoſo phiæ noĩe ſanctiſſimo abutãtur / ut de prĩcipibus ꝑ quos ip̃is frui trãqllo ocio licet hõeſtiſſime loquãt & ſentiãt/ſintq3 memores oratiane ſentẽtiæ/princi/pib9 placuiſſe uiris nõ ultima laus eſt:ſciãt pricipũ uires eſſe præualidas & manus prælõgas/ſciãt prin cipes uitæ neciſq3 mortaliũ eẽ impatores. ſi rex di/xerit occidite/occidunt/exterminate exterminãt/ ne ſint q̃ſo maledici & cõuitiatores. Cynica mordaci/tas ꝓcul abſit/multi mortifera loquũtur rediturãſq3 ꝑ iugulũ uoces nõ cõtinent plurimis ob id interẽp tis.Optimus eſt homini ut inqt Heſiodus linguæ theſaurus:quã ĩtra uallum dentiũ cohercẽdã eẽ ſa/pienter monẽt/et ut docet Eſopia fabella lingua eſt & optima & peſſima mortalibus:cuius lubricũ mul tos p̃cipites dedit q̃bus fuiſſet conducibile pythago ricũ ſilentiũ edidiciſſe : neq3 ĩ dynaſtas Tetrarchas regulos exeruiſſe linguam uirulẽtam:quæ atra ceu ſerpẽtiũ uibrat/& inſtar acuti gladii fodicat uitalia. quotus quiſq3 eſt q̃ malit dictum q̃ amicũ ꝑdere?

Qui aculeũ lĩguæ retũdat/q genuio dente nõ mordeat/deniq; quotus quiſq; eſt q ignẽ gladio nõ fodiat? Nos uero obtẽperantes ſymbolo ſaluberrimo potẽtiores demereamur obſeqo pleniori/nec uerbo nec re ꝓuocãtes prĩcipalis ãĩmi tumorẽ/deniq; hæc ſit ſũma noſtri ꝓpoſiti/ut ꝑ uirili parte placeamus & obſeqmur/& ſi ꝓdeſſe nõ poſſum⁹ minime obeẽ uelimus. Sed qđ de prĩcipib⁹ irritãdis dictũ eſt/hoc idẽ de oĩbus in uniuerſum dictũ ſit/ne ſcilicet quippiã ĩ quẽpiam aut dicamus aut agamus quod bilẽ moueat/iracũdiã extimulet/animũ tumẽtẽ ĩcẽtiuo furoris iflãmet. habes uxorẽ iurgioſã & moroſã q̃lis xãtippe ĩ Socratẽ fuiſſe fert̃/nolito irritare crabrones. eſt tibi res cũ hoĩe iracũdo & rixoſo/nolito uerbis maledicis laceſſere. deniq; ubiq; locoꝝ ubiq; gẽtium memor ſis ſymboli pythagorici/ne ſcilicet ignẽ gladio fodias. nã ut inqt uerißime ſimul & ſapiẽtißime ſolomon/ſermo mollis frangit iram/ſermo durus ſuſcitat furorem.

Annulũ anguſtũ non geſtãdũ.

Symbolũ pytagoræ ἐμὴ φορεῖν στενὸν δακτύλιον hoc eſt anulũ anguſtũ nõ geſtãdũ/qđ ſignificat uitæ libertatẽ colendã eẽ/& nullo ſeruitutis uĩculo alligãdã. libertas ut iqt iuris cõſultus ĩeſtimabilis resẽ/cui cõcinit illđ Plautinũ: oẽs ꝓfecto liberi libẽtius uiuimus q̃ ſeruim⁹/ab eodẽ alıubi dictũ eſt/ꝓcreare liberos lepidus ſonus: at liberꝝ eſſe id multo eſt lepidius. Cõtra oĩs mi

ſera eſt ſeruitus ut inqt Arpinas orator / quã noſtra ciuitas ferre nõ põt / & ciuibus Romanis mors potior fuit ſeruitute. Scitũ eſt illđ dignũq; memoratu qđ a ſpartanis legatis oli dictum eſt hydarnæ regio pfecto / q cũ eos hortaret ut ſeſe dederent maximo perſarũ regi / polliceretur q; lacedæmonios prĩcipatũ græciæ obtẽturos / ita reſpõderũt / o hydarnes nõ ex æquo cõſiliũ tuũ ad nos ſpectat atq; adte / q cõditionis quã ſuades exptus es noſtræ expers. nã ſeruus tu qdẽ eſſe noſti / libertatẽ aũt nõdũ exptus es / utrũ ſit dulcis an nõ / quæ ſi tibi bene cognita foret nõ ut haſtis ſed ut ſecuribus pro ea dimicaremus nobis ſuaderes. Sicut aũt liber locuti ſũt hi lacedæmõiorũ oratores ita & libere fecerunt. Siqdem ĩ cõſpectum regis ueniẽtes iubẽtibus ſatellitibus regiis ut pcũbẽtes regẽ adorarẽt ea adoratione / quã græco uocabulo προσκυνησιν appellãt / ptinaciter negauerũt ſe unq̃ id eẽ facturos : neq;.n.ſibi eẽ cõſuetudinem hoĩem adorãdi. Tãti erat libertas apud hoĩes q ſeruitutẽ omniũ malorũ maximũ arbitrabãtur. qđ non ne atheniẽſes qddã cõſimile & egerũt & dixerunt. Quorũ uerbũ illud a græcis ſcriptoribꝰ pconio laudis extollit / q lacedæmoniis timẽtibus ne cũ barbaris fedus pcuterẽt reſpõdere / neq; tãtum auri uſquã gentiũ eſt / neq; regio ulla pulchritudine & bonitate pcellens data p federe pſuaderet / ut ĩduceremur ad tradendã ſeruituti græciã / barbariſq; ſubiiciendam.

Exẽplum memorabilie.

& illud / quoad sol eodem itinere meabit quo nunc meat / eousq; se nũq̃ cũ Xerxe sotietatem coituros. ex hisce satis liquet queadmodũ libertas oībus re/bus est anteponēda/ & seruitus propulsanda. apud eosdẽ Athenienses colebať ελευθεριοσ ζευσ. i. iupiter cognomento liberator/ tãq̃ a seruitute Persaꝝ & iugo illos liberasset/ cui fortes uiri & illustres ĩ extremo exitu libare consueuerant. hinc illud a Seneca moriente dictum est/ libare se liquorem illum Ioui liberatori. thrasea quoq; ille memorãdus postq̃ sec/tis utriusq; brachii uenis cruorem effudit humum spargens libemus inquit ioui liberatori. Plautinus

Eleuthe/ria.

Seruus agit eleutheria quasi dicas libertatis solẽnia qbus nihil p̃ciosius est. Recte igiť solus sapiens appellabiť liber/ utpote q nec dominationi cuiusq̃ pareat/ nec obediat cupiditati. Cuius aío uícula nulla iniici possunt. Rẽ mirã uobis denarrabo sed tamen uerã/ si ueridici sunt scriptores/ q tradũt Romanos cappadocie genti cõcessisse/ ut liberi eẽnt. primores cappadocũ libertatẽ recusasse dixisseq; se eã ferre

Mirũ de cappadocibus.

nõ posse/ & ut sibi rex dareť orauisse/ Tũ Romanos demiratos/ q; ĩuenirenť q libertatẽ recusarẽt ꝑmisisse ut quẽ uellent regẽ eligerent. qui ariobarzanẽ elegerunt/ maluerũtq; sub iugo seruitutis degerẽ/ q̃ frui dulcedine libertatis/ Symbolũ pythagore uidelicet paꝝ ꝓbãtes/ quo p̃cipit angustũ annulũ nõ gestãdũ libereq; uiuẽdũ / q̃q̃ dii boni uix hõ qsq̃ ĩueniť qui

uere liber sit ueraq; libertate pfruat'/pricipes dyna/ Nemo li
stæ reguli/deniq; ipi regũ reges seruitutẽ seruiunt/ ber.
dominosq; habẽt & qdẽ impiosissimos. Alius libi
dini/alius cupiditati/alius iræ/alius ambitioni/alius
gloriæ/alius crudelitati seruit.alius oibus. Totq; do
minoꝝ sunt serui/quot uitioꝝ/q intrisecus fodicant
hominẽq; diuellunt. Nos ꝓ uirili parte curemus/ut
iuxta symbolũ pythagoræ nihil sit i nobis astricti/
nihil alligati.ut arctũ seruitutis iugũ excutiẽtes libi
solutiq; uiuamus. Dogmatis pythagorici uidet' fla
men Dialis apd Romanos fuisse seruãtissimus/cui
fas nõ erat anulo uti nisi peruio & casso/& nos anu/
lũ puiũ laxũq; induamus/ut nulli addicti simus &
mãcipati.faciamusq; illd Plautinũ liberæ sũt edes/
liber sum ego libere me uti uolo.

Ymbolũ pythagoræ ẽ ομωροφιουσ χε Hirũdies
f λιδομασ μη εχειν.i.hirũdies sub eodẽ sub tecto
tecto nõ habẽdas. qd' significat Garrulos nõ habẽ/
& loqces eẽ explodendos eliminãdosq; : a qbus p/ das.
inde ac exitialibus cauẽdũ pcipit satyricus Venusi
nus cũ ait Garrulus hunc q̃do cõsumet cũq;: loqua
ces si sapiet uitet. Græca uox est ψυθιρον ανδρα
εκβαλε σισ οικιασ.i.hominem blateronem & gar
rulũ ex domo tua eiicito/homerus ingenioꝝ fons
thersitẽ fuisse dicit αμετροεπη.i.sine mõ blaterã/
tẽ & loquutuleiũ. talem fuge. ille tibi sit familiaris
& intimus/q uerboꝝ ẽ uir paucoꝝ/q scit se a natura

formarũ eẽ ad parciloquiũ:quæ duas homini aures ddit/os unũ.ut uidelicet audiamus plura q̃ dicam9 simusq; auscultatores magis/q̃ imodici sermocina/ tores. Pythagoras loquacitatẽ usq; quaq; repudiãs discipulos eliguabat / quos nihil prius docebat q̃ ta cere.eratq; hoc primũ apud illũ sapiẽtiæ rudimẽtũ/ meditari cõdiscere/loqtari dediscere.loquaciores in quiquẽniũ uelut exilio uocis puniebãtur/Salutare est auditores optimi pythagorissar.i.pythagoræ do cumẽta sectari pcipiẽtis/ut a cõmertio caueamus il lorũ hominũ:quos antiqtas loquutuleios blaterões liguaces appellat:quorũ ora scaturiũt uerbis futili/ bus & lapsantibus:Quorũ ligna ifrenis ẽ & pdiga/ similisq; graculorũ sine mõ strepẽtiũ/i qbus est uer borũ uis larga & sonitus inanis citra scientiã & sen tentiã:hæ sũt hirũdines quarũ garrulitatẽ explodẽ/ dã nec sub eodẽ tecto habẽdã eẽ pcipit pythagori/ cũ symbolũ. Hi sũt multiloqui largiloqui falsiloq̃ mẽdacioloqui/quos si eliminaueritis uiuetis mode sti9& tuti9/dicet̃ q;/uobis auscultatores magis q̃ lo quutores eẽ cordi/ut ãt discerniculo q̃si quodã iter/ noscer̃ id gen9 hoĩes possitis/auricularũ magnitudo idicabit:quæ ut auctor ẽ Trogus/nota ẽ loq̃citatis.

Sup che/nice non sedendũ. Symbolum pythagoræ ẽ. επι χοινικοσ μη καθεζειν .i. sup chenice ñ sedẽdũ.quo mone mur d crastio esse cogitãdũ/& d' futuro habendã cu rã.est.n. χοινιξ chenix apd græcos cibus diurnus.

Barbarorum est īquit. M. Tullius ī diem uiuere, pdi- tissimorum uero est in horā uiuere, quales fuisse Anto nianos assectas obiurgatione censoria incessit sum- mus orator, de quibus dici potest, edunt & bibunt tāq̄ crastino morituri. qui uersiculū maroianū pbā tes dicūt, pereat qui crastina curet. qui illud oratianū cōcinētes cantilāt, qd sit futurum cras fuge querere, & quem sors dierum cūq; dabit lucro appone, subscribit oratiāo uersiculo illđ Senecæ, q pēdet ex crastio p- dit hodiernū singulos dies singulas uitas puta, epita phiū sardanapali symbolo reclamat, qđ sic īqt, ede bibe lude. & cū te mortalē noris p̄sentibus exple de- litiis animū. post mortē nulla uoluptas. Euangelica quoq; illa sentētia, nolite solliciti eē de crastino, suf- ficit. n. diei malitia sua, ab helluonibus usurpari so- let, detorqueriq; ī interp̄tationē deteriorē. Verum hæc nos alio intellectu sanctiore explicare cōsueuimus. Diogenes hemerobios cognominatus est, quasi dia rii uictus, q modico parabiliq; cōtentus in diē uiue- ret de quo est apud græcos illa celebrata paroemia ζωη πιθου: uita dolii, symbolū pythagore ē salu- berrimū, quo docemur somnū excuteř atq; torporē imitariq; formicas. quæ hiemis memores estate con gerūt alimēta in horreū tectoq; reponūt, & ut ait no bilissimus poeta p̄dāq; p herbas cōuectāt calle an- gusto, pars grādia trudūt obnixe frumēta humeris pars agmina cogūt castigantq; moras, opere omnis

Vita dolii.

ſemita feruet. Dii boni quãta in tãtulis animalibus ſedulitas/quãtus in opere labor quã diligẽs cõcur/ ſatio. Si qs cõparet onera quæ geſtãt corporibus il laꝝ/fateatur nullis portione uires eẽ maiores. Solo/ mon cõducẽter mittit nos ad formicas ſpectandas imitãdaſqꝫ/uade inqt ad formicã o piger & cõſide/ ra uias eius/quæ parat eſtate cibũ ſibi & cõgregat ꝑ meſſem qđ comedat/uſquequo piger dormis? Ve/ niet tibi quaſi uiator egeſtas & pauperies quaſi uir armatus. haud abſimile eſt illud Plauti ex rudente nimis homo nihili eſt qui piger eſt/ nimiſqꝫ id ge/ nus odi ego male: uigilare decet hominẽ / qui uult ſua tẽpori cõficere officia: qui dormiũt libẽter ſine lucro & cũ malo quieſcũt. Cõſimiliter Plautinus ſe nex inqt in mercatore/adoleſcẽs cũ ſis tunc cum eſt ſanguis ĩteger rei tuæ quærẽdæ cõuenit operã dare. Simus ergo ĩpigri & ſtrenui/toleremus labores dũ anni ſinũt & uires/paremus in iuuẽta id quo in ſe/ necta ꝑfruamur/uiuamus iuuenes in freto/ut ſenes quieſcamus in portu. ut in Senecta pigri & ocioſi ſi collibuerit eſſe poſſim9. Ita Symbolo pythagorico obtẽperãtes ſuper chenice nõ ſedebimus. hoc eſt in diẽ nõ uiuemus neqꝫ hemerobii ideſt dialis uictus nũcupabimur: ſed formice paruulæ exẽplo cõgerẽ/ tes ĩ horreũ habebim9 craſtini hoc ẽ futuri rationẽ/ dabimuſqꝫ ſtrenue ac nauiter operã/ne ꝑ deſidiam atqꝫ torporem ſubrepat improuiſa pauperies/ meri/

toq; rideamur, cũ turpe sit uiro sapiẽti dicere, nõ pu
tarã. Præterea chenix mẽsura est capax quatuor se-
stariorum ut docet Priscianus illo uersu. Sestarius
unus q quater assumptus fit graio nomine chenix.

erit. nec fuit tanta Romanis quoq; ueteribus: q
ubi mouisse terrā senserāt nunciatū ue erat / ferias
quidem eius rei causa edicere solebāt / sed dei no-
men cui ferię dicarent᷑ edicere supersedebant: ne
aliū ꝓ alio nominādo falsa ut inquit Au. Gelli-
us religione populū alligarent. quoniā et qua ui
et ꝑ quē deorum deaꝝ ue terra tremeret parū cō-
pertum foret.

Abdita ī maiestate naturę

C Eterum nos nō tam cur fiat q̄ quid fiat
dispiciētes asserimus terręmotum rem
eē atrocē diram exitialem atq; funestā /
plenamq; tremoris horrifici ac publicę conster-

nationis: quã deprecari abigere amoliri ꝓpulsare/ et ut antiquitatis uerbo utar auerũcare omni ꝑ/catione debemus. Illud imprimis acclamãtes. Dii prohibere minas dii talem auertite pestem. Hoc ẽ illud malum quod agros facto chasmate haurit/mœnia prosternit/ Vrbes totas plerumqꝫ deuorat/ Ita ut nulla uestigia extent. Ex hac ua/stitate olim in agro mutinensi montes duo ĩter se concurrerũt Crepitu maximo assilientes resi/lientesqꝫ: Quo cõcursu uillę oẽs elisę / animalia ꝑmulta quę intra fuerãt exanimata sunt. Maxi/mus terrę memoria mortalium extitit motus/ qui sub Tyberio principe Vrbes in Asia nu/mero duodecim una nocte prostrauit. Ma/ximus fuit et ille quo Nicomedia Bythynię Metropolis et caput multiformi erumna con/cussa est Imperante Constantio. Et cum cla/rissimi Scriptores tradant horis sublucanis cre/bros motus fieri / tunc primo lucis exortu in/uolutus crassa caligine squalor humum inse/dit oculorum perstringens obtutum. dein ma/gnitudo furentium incũbens procellarum an/tecessit fragorem: Qui una cum horrifico tre/more nicomediam et suburbana funditus euer tit. Qua in clade edes plereqꝫ alię super alias sonitu Ruinarum immenso conciderunt.

Vrbes xii. pro/stratę.

Post horam diei secũdam aer iam factus sudus et liquidus retexit funereas strages: non parum multi constipati sub ipsis pressi ponderibus uise/bantur. Quidam obruti aggeribus cũ superesse possent siquis iuuisset auxiliorum inopia neca/bant᷑. Alii tignorũ extãtium cacuminibus fixi pendebant. Alii ut utar uerbis Marcellini subita magnitudine oppressi hisdẽ adhuc molibus cõ/teguntur. Collisis quidã capitibus uel humeris presectis aut cruribus Inter uitę mortisq; confi/nia: aliorũ adiumenta paria perferẽtium implo/rãtes cum obtestatione magna deserebantur. qs talia fando temperet a lachrymis? Quis talia re/ferens non horrescat quę animus horret memi/nisse? Iulius Capitolinus auctor est motum ter/rę Gordiani principatu eo usq; grauem extitisse/ ut ciuitates etiã terrę hiatu cũ populis depirẽt.

Clades sni comedẽ/sium

Multa genera Terremotus effectusq; multi/formes ac nomina monumentis celeberrimorũ conditorum reperiuntur/sunt enim quidam qui humum mole sua suscitãtes sursum propellunt Immanissimas moles: hi brasmatię nuncupant᷑ a concussione quã gręci βρασμον uocant. Ex hoc motu delos emersit et Rhodos enata est. Sunt qui grandiore motu patefactis subito Vo/ratrinis terrarum partes absorbent: Sic Helice et burra in ꝓfundos hiatus abactę/eternis tenebris

Brasma/tię.

occultantur. Hos Chasmaticos uocāt a chasmate, sic enim hiatus dicitur. Grecanico uocabulo nostris quoq; usitatissimo. Vlpianus iurisconsultorum eloquētissimus, Titulo de cēsibus, si agri portio inquit Chasmate perierit debebit p cēsitorem releuari. Pomponius quoq; titulo de piculo et commodo rei uēditę sic ait. Fundi nomine emptor agere non potest cum prius q̄ mēsura fieret Inundatione aquarum aut Chasmate alio ue quoq; casu pars fundi interierit. Chasma quoq; in cęlo fieri docet Plinius sic scribens. Fit et cęli ipsius hiatus quem uocant Chasma. ait Turnus Maronianus, uideo medium discīdere cęlum. Exponit cōmentator Chasma factum dici idest subitam aeris diruptionē et quēdam recessum. Chasma

Sunt quidam motus qui ueluti Taurinis reboare mugitib9 audiūtur. Quos myctematicos philogręci nuncupant. απο του μυκηματος hoc ē a mugitu. Ex hoc opinor genere fuit motus ille quo sub imperatore Galieno terra mugiente multę fabricę deuoratę sunt Cum habitatoribus, multi terrore mortui. Mota est et Roma Mota et lybia et Asia, Hiatus terrę plurimis in locis extiterunt. Ex hoc genere uidetur esse quem uocant Mycetiā, de quo sic refert Apuleius in Cosmographia. Myctematici.

Mycetias Mycecias uocatur Terri odoris inquietudo ter/
rena / Audiuntur mugitus interioribus gemiti/
bus expressis / Cum spiritus inualidus ad terrã
mouẽdam per aperta in Telluris inuẽtis itine/
ribus fertur.

Palmatię S Vnt et qui palmatię appellantur quo/
rum pauitatione illa quę trepidant sine
inclinationis periculo nutant / Cum di
recti tamen rigoris statum retineant.
gręci παλμον tremorem uocant / Vnde et no
men accepere palmatię.

succussio n Inclĩatio Ostri duo genera potissimũ motus ter/
rę concelebrãt / Alteri succussio est no/
men / Cum terra quatitur Et sursum
ac deorsum mouetur. Altera inclinatio
noĩatur/qua more nauigii nutat atq; inclinatur
Tremor. in latera. Seneca tertium Genus esse existimat
quem tremorem dixere maiores. Qui superio/
ribus dissimilis est. Nam neq; succutiuntur neq;
inclinantur tecta sed uibrantur. Qui motus mi/
nus est noxius minusq; exitialis / Sicuti longe
pernitiosior est inclinatio q̃ succussio. Hoc ni/
mirum est quod intelligi uoluit plinius: Cuius
uerba subscripsi quę sunt hęc. pluribus si quidẽ
motibus quatitur / tutissimum est cum uibrat
crispante edificiorum crepitu / et cum intume

ſcit aſſurgens alternoq; motu reſidet ĩnoxium / Et concurrentia recta contrario ictu arietant / Quoniam alter motus alteri renititur / Vndantis inclinatio et fluctus more quędam uolutatio infeſta eſt aut cum in unam partem totus ſe motus impellit / hactenus Plinius.

i Nter ſigna futuri motus eſt cęlum ſilens / tempeſtates ſopitę / et in puteis aqua turbidior fediq; odoris. Hic Pherecides Pithagorę doctor cum aquam hauſiſſet e puteo / pręſenſiſſe fertur ac prędixiſſe futurum Terręmotum. Eſt et in cęlo ſignum pręcedens futuro motu tenuis ſcilicet linea nubis in longum porrectę ſpatium. Exiſtunt maximi motus in ſolis lunęq; defectu. Verum ut inquit Albertus ecclipſis ſolis q̃ lunę hac in re eſt longe potérior. Signa motus

Pręſagia.

n On ſimplex id malum nec in ipſo tãtum motu periculum eſt / ſed in poſterum quoq; dira portendit Et in primis peſtilentiam pręſagat: nec id abſonum. Siquidem ſpiritus qui ęterna Terrarum nocte Torpeſcit / diutinoq; ſitu peſtilens includitur / Per Terręmotum emiſſus purum hunc aera

ac liquidum polluit atq; commaculat late ui-
tium suum spargens. Et cum naturaliter uin-
cantur meliora peioribus hic spiritus quem per
singula momenta trahimus et haurimus illo
subterraneo halitu pestilente corruptus et infe-
ctus Contrahit noxam. Inde pestilentia mor-
tesq; repentinę et noua genera morborum mor
tales inuadunt. Prętera aquę pestilentes ab-
ditę latent in terrę Secretariis, quę Tremore
Terrarum exilientes ex infernis, nihil nisi pe-
stiferum exitialeque in superna deportant.
Quidam autumant innumera prope mala ex
motu Terrę et imprimis famē et bella porten-
di. Trimegistus, Cui multarum rerum et ar-
tium scientia hoc cognomen imposuit, uel quia
περι τριαδοσ idest de trinitate locutus est re-
ligiosissime. ponēs εν τριαδι μιαν ειναι θεο-
τητα Idest in trinitate unā esse deitatem. Hic
uersus Heroicos fertur composuisse, Qui uoli-
tant ac circumferuntur per manus oraq; erudi-
tiorum: Quibus pręsagia terręmotus in duo-
decim Zodiaci signa digessit, Exempli causa ali-
ud genus infortunii portendi sole Arietem trā-
seunte, aliud Taurum, aliud Geminos, et cę-
tera Consimiliter. Quod totum lepida ma-
gis q̄ uera discriminatione digestum arbitror.
Incomperta enim hęc sunt Et inextricabilia,

Trimegistus.

Quę neq; affirmare neq; refellere operępretium sit. Plinius refert nunquam urbē Romam tremuisse, ut non futuri euentus alicuius id pręnuncium esset. Exclamare libet, tantę ne animis celestibus irę? Tanta ne in miseros mortales Cupiditas sęuiendi? ut tremor Terrę, Quo nil terribilius, per se non sit satis, nisi etiam fiat prodigiosus, et per id malum mala quoque alia Truculēta denuncientur.

Remedia.

q Vidam perinde ac salutis humanę curiosissimi custodes Remedia ad euitā dum id ineuitabile malum, ad effugiendum id ineffugibile infortunium excogitare conati sunt, memorantes imprimis Cloacas et crebros specus in urbibus esse salutares: Quibus spiritus pręconceptus exhalatur. Inde annotatum est quędam oppida minus concuti, quę crebris cuniculis sint cauata. parietes quoq; lateritii ut ferunt minore noxa Quatiuntur. Quin et tutissimos eē ędificiorum fornices asserunt. Qui tamen in hoc nostro recentissimo terrę motu fuerunt maxime intuti insidiq;. Ego existimo potentissimum aduersus hanc luem esse remedium degere ī regionibus ad septentrionem uergentibus maximeq; in his, quę

Cloacę utiles.

Climate siue segmento septimo continentur: Vbi uel nulli uel rari motus existunt. Vnde Regio Polonorum quos apolloniatas esse censemus, quę tibi genitalis patria est et natalitiũ solum Antistes amplissime, Cum ob alia multa tum ob hoc precipue dilaudanda est et clarissimo digna pręconio: Quod id malum non sentit, quod ob terrę tremorem Terra illa non tremit. Vis unum atq; id efficacissimum remedium te doceam aduersus tremorem Terrę aliosq; id Genus Casus periculosissimos? Vis esse liber et tutus a tanta uastitate? Sit tibi animus contemptor mortis. sit mens impauida leti, Quicumq; mortem contempserit metũq; mortis calcauerit, is non solum Terras motu concuti et ruptis Compagibus dehiscere securus aspiciet: Verum et proprium domicilium Voraginibus hauriri chasmateq; sorberi. Idem securus spectabit mundum et cuncta misceri, ut inquit ille Si fractus illabatur orbis impauidum ferient ruinę. Proinde si uolumus degere securi, si interrito animo ferre Mortalia, discamus uincere mortis metum, qui uictores Gentium uincit. Qui ut inquit Lucretius,

Poloni Apolloniate

Animus extrilid9

Metus mortis

Funditus humanam uitam perturbat ab imo
Omnia suffundens mortis nigrore: nec ullam

Esse uoluptatem liquidam puramq; relinquit. Hac quoq; Generositate animorum inter cęteras nationes censentur homines tuę nationis Maxime Antistes: qui beneficio cęli et soli pgenerantur magna ex parte contemptores mortis spretoresq; periculorum. Nãq; in regionibus refrigeratis positisq; sub septẽtrionibus / ut Clarissimi scriptores ostendunt / homines gignuntur corporibus grandioribus et sanguine copioso / propterea q ex celo rigenti roscidus aer fundens in corpora humorem efficit Ampliores Corporaturas sanguinisq; habundantiam / Ex quo fit ut imperterriti sint metu mortis neglecto. habeãtq; ĩgenia celo suo simillima.

fortes sep tẽtriõales

Cur autẽ fortes sint qui loca frigida incolũt sicut e contrario timidi in calida regione degẽtes / scite et eleganter / ut omnia / docet Aristoteles in problematis encycliis scribẽs homines in frigido solo et celo uiuẽtes suapte natura ĩtrinsecus cõcalescere / q a frigore exteriori corpus fiat spissius et caro densior. Cuius dẽsitate calor intus collectus auget fortitudinem facitq; spiritus ferociores: sicut e diuerso accidit his / qui degunt in calida regiõe. Nam corpora eorum refrigerant ut pote soluta et patẽtia / Vnde calor foras pfluere põt. Inde fit ut meridionales timidiores eẽ credãt utpote calore naturali destituti:

Aristote. pblemata ency clia.

Et econtrario Septentrionales Robuſtiores ut pote ui frigoris aſtrictoria Conſtipari et conca/
Galenus leſcentes. Sententię Ariſtotelicę Galenus ma/ximus medicorum aſtipulatur ſcribens libro ſecundo complexionum corpora in regiōe fri/gida eſſe intrinſecus calidiora et inſito calore interiora penetrante feruere. Hinc audētiores eſ/ſe et fortiores / Cum e contrario Ethiopum ca/liditas inſita foras progrediatur. Nec non Aui/
Auicēna cēna Galenum ſecutus ſcribit / In locis frigidis degentes fortiores eſſe audacięq maioris / me/liuſq Concoquere. Idem auctor eſt ſeptentrio/nales populos non ferme laborare morbo comi/
Epilepſia tiali / Quem gręco uocabulo uocant Epilep/ſiam : Propterea q ſint uitalibus interioribus Vegeti / et calor ingenitus inſit largus et copio/ſus / Quod ſi aliquando ulcera innaſcantur ociſ/ſime ſaneſcere / propter corporis tobur et ſan/guinis bonitatem / Pręterea ex Stratonis phi/loſophi Decreto calor et frigus per quandam
Antipari ſtaſis. Antipariſtaſin / ut iam ſupra docuimus / ſimul eſſe non poſſunt : Sed frigidum calido calidū frigido uiciſſim cedunt. Quod ut planius fi/at et apertius Exemplo res eſt Inſtruenda .
Hieme putei calidi. Hiberno tempore cum ſuper terram frigus eſt Calor frigori cedens / in īteriora uiſcera terrę ſe confert : Ex quo fit ut per hiemē putei caleſcant

Et hyppogea hoc ẽ domicilia ſubterrãea cellęq;
uinarię intepeſcant. Idem e cõtrario uſu uenit p
Tempus ęſtiuum. Tunc enim frigus calori fori/
ſecus dominãti cedens fugit in abdita abitq; in
partes terrę penitiores. Vnde fit ut aqua puteana
diebus ęſtiuis ſit frigidior/quia nõ patitur utri/ Eſtate fri
uſq; natura Cõcordiã. Cũ ergo frigus uigeat ac gidi.
dominet̃ In Regionibus ſeptẽtrionalibus/calor
ab exterioribus expulſus ĩ interiora corpora re/
conditur. Et ita calidiora efficiuntur/Et ob id e/
gent largioribus alimẽtis. Calidi enim uentres/
Quod et hippocrates archiatrus oſtẽdit/Quo
melius cõcoquũt eo plus cibi deſiderant.

i Llud quidẽ ĩficiari nõ poſſumus eẽ ẽtĩ
hominibus robuſtiſſimis et fortitudi/
nis muro uallatis affectionem quandã
naturalem atq; pauorem/ut uelint nolint ad re/ Pauor nã
pẽtinos fragores/ad ſubitaria picula/ad motum turalis.
terrę/ad ictum fulminis inhorreſcãt Et colore
mutentur atq; palleſcãt. Sicut Ariſtippo illi/cy/ Exẽplũ
renaico philoſopho accidit/Qui cum olim na/ ariſtippo
uigaret Mare uiolentum et undabundum/na/
uigiumq; quo uectabatur turbinibus crebriori/
bus iactaretur/Cępit coloris ac uultus turbatio/
ne moueri ac palleſcere. at ubi feruor ille maris
deferbuit et malacia ac trã quillitas rediit/acceſ/
ſit ad Ariſtippũ quidam mollior et delicatior

eodem pariter nauigio uectus: Qui quasi illudens quid hoc est inquit o philosophe quod tu in isto naufragii periculo timuisti palluistiq; / cũ ego neq; timuerim neq; palluerim. Tunc Aristippus nebulonem illum responsiõe elegantissima remuneratus / non eandem esse causam sibi atq; illi respondit / quoniam scilicet is quidem esset non magnopere sollicitus pro anima nequissimi nebulonis / ipsum autem pro Aristippi anima timere debuisse. Hoc exemplo quo etiam utitur Diuus Augustinus / satis liquet perturbationes in hominibus naturales esse non uoluntarias : et motus quosdam inconsultos ui quadam ingenita inferre se se hominibus. Vellem quidem essemus apathes / et illa tantopere

Apathia

a stoicis celebrata Apathia uigeret in nobis. quã nostri impassibilitatem interpretantur. Vellẽ in nobis spectaret Toruitas illa naturę dura et inflexibilis: Quã in Diogene et Pirrhone fuisse p̃dicant. Sed nescio quomodo mens corpusq; mortalium ad repẽtinos casus naturaliter ĩhorrescit ac torpet. et talis affectus ex homine nulla sapientia radicitus conuelli potest. Inuiti cõniuemus ad fulgetras / sensim pauescimus ad tonitrua / sternutamentis non sponte concutimur: facessat itaq; magniloquentia Stoicorum qui asserunt serenitatem uultus in homine sapiẽte nul-

Cõniuem⁹ ad fulgetras

la egritudine nullaq; formidine obnubilari. Est enim talis oratio gloriosior plane q̄ uerior: Cum et hi, ut diximus, qui habentur constantissimi Aduersus ictus fortunę fulminantis expallescant et toto corpore intremiscant. Audi rem atrocem et annalibus memorandam: Quę in urbe nostra ob terrificum terrę tremorem nuperrime accidit municipi meo uiro alioqui ꝓbo, et opulento. Cui fulco nomen argelatoq; cognomen. Hic cum ex illo diro ac perterricrepo fragore factus eēt, ut aiūt, attōitus mēteq; alienata, Obitus fulci

Nā lymphaticos similesq; furētibus fieri ab hoc malo Seneca locupletissimus testis affirmat, cępit desipe Cū dispēdio sanitatis. q morb9 sensim gliscēs īplicitusq; uisceribus adeo hoīem demētauit, et ī tātū īpulit furorē, ut die paschalis solēnitatis sacrosācto, cultro sibi gulā secare tēptauerit: moxq; cōfestī sese ex superiore ędiū pte in īferiora p̄cipitauerit. Ex quo p̄cipitio mors ē secuta. Pauor itaq; egit hoīnē ī uesaniā, uesania in furorē, furor ī mortē: nisi lubeat magis credeř id biothanatę mortis genus ex maleuola siderum radiatione contigisse: nam si Mars et Sol diametra se radiatione aspexerint in contrariis cōstituti locis, longa se inuicem radiorum potestate pulsauerit, Ista ī genitura cōiūctio hoīes, ut docet Firmicus matern9, ex altis deiectos locis Biothanatus

misera laceratiõe prȩcipitat: aut ex altis deiectis locis graue nesciẽtibus piculũ semp affert.

h Aec sunt quȩ sup terrȩmotu/quẽ grȩci σεισμοσ uocãt existimaui summatim magis libanda esse in hoc libello q̃ late explicãda/quȩ tu Antistes clarissime qualiacũq; sunt boni cõsulas quȩso.

Cȩteꝝ cũ ĩter cȩtera dira infortunia/quȩ prȩsagat significatq; terrȩmotus/sit maxime formidanda pestilentia/quȩ plerumq; ex ipso terrȩmotu gigni tradit/nõ erit absonũ pauca quȩdam ãnotaŕ ad hãc alteram luem ptinentia/quȩ neq; inuulgata sunt neq; ptrita/neq; aurib⁹ animisq; studiosorũ iniucunda ut opinor futura. Tu modo Antistes optime qua animi alacritate priora plegisti/Eadem quȩso plegas posteriora.

p Estilentia quam et pestilitatem dicunt quȩ grȩco uocabulo λοιμοσ appellat/quȩ non solum ciuitates exhaurit assiduis funeribus uerum etiam totas natiões ĩterneciuo genere morbi populatur ac uastat. Vnde fiat uariȩ causȩ produntur. Nãq; alii ex ira dei/Alii ex intemperie celi. Quidam ex aere corrupto. Alii ex aquis uitiatis. nõnulli ex noxio terrȩ halitu pestilentiam exoriri autumant. Religio sicut terrȩmotũ et alia id genus mala mortalib⁹ irrogata assignat irato numini/Ita et pestilentiã

Pestilẽtia

Credit esse telũ Dei/quo sontes insontesq; feriã-tur. í libro Regum secũdo euidens est exẽplum Quãdo scilicet ab ipso opifice rerũ ac ultramũ-dano deo data est optio Trium rerum exitialiũ Dauidi Regi eidẽq; maximo Antistiti et uati, Septẽ ne ãnis famẽ mallet caritatẽq; rei ãnona-rię/an tribus mensibus hostilem persecutionem/ An tribus diebus pestilentiam. Qui re secum p-pensa examinataq; elegit ex tribus malis pesti-lentiam/dicens melius est ut ícidã In manus do mini q̃ in manus hominum. Itaq; immisit deus pestilentiã triduanam in populum israeliticum atq; in terram iudeam late Grassantem: qua cir-citer. Lxx. milia uirorum Triduo perierunt. Mox ꝓpitiato deo uis morbi resticta est luesq; Cohi-bita. Excellentes philosophi et illustres medici ex inclemẽtia cęli hoc ẽ ex nimietate caloris aut frigoris uel humoris uel siccitatis pestilẽtiam gi gni tradiderũt. Sicut enĩ bona ualitudo corporũ est quędã mediocritas/ut Aristoteles Galenusq; notificãt/ita omnis exuberãtia ac excessus cau-sa morborũ ẽ. Consimiliter ubi moderatio ẽ in calore et frigore in humore et siccitate/Vegetan-tur Cũcta salubritate et cõualescũt. Vbi uero qp-piam horũ ímodice ac intempãter excessit/Tũc uis morborum gliscit: Tunc pestilẽtia fęda ho-mini fęda pecori bacchatur et seuit. Hinc est q

Optio facta dauidi.

Sanitas mediocritas.

accolentes loca palustria Et humecta huic malo sunt obnoxii. Itidem in locis ęstuosis degentes subinde pestilentiá patiuntur. Cuius etiam calore regelari solent in regionibus prægelidis habitantes. Sed imprimis calores immodici sunt exitiales atq; pestiferi. Vnde solé cognomíatú apollinẽ putant ωσ απολλυντα τα ζωα. Tã̄q exanimantem animalia/ et enim exanimat ac perimit animãtes/ Cũ pestẽ intemperie caloris ímittit. Hinc ẽ ꝙ cũ arcu et sagittis fingit̃ simulacrũ Apollinis/ ut per sagittas radii intelligant̃. quorum iactu nõ nũquam pestiferum uirus ímittit. hic doctrinarũ fons Homerus nõ minus scite q̃ decenter Inducit apollinem tela in exercitum gręcorum emittẽtem/ quibus non solum homines sed etiam pecora periere. Vnde lindii apollinem colũt cognomine λοιμιον. hoc ẽ pestilentem. Vt ergo uapor solis ímodicus perimit Animãtes et ímittit pestilentiam/ ita econtrario Tẽperatus eiusdem calor morborum omnium fuga ẽ: et sospitatẽ aíantibus Creditur ꝑbere tẽperie. Vnde Athenienses Apollinẽ alexicacon appellant hoc ẽ mala repellentem. quo cognomento hercules quoq; a gręcis nominat̃ quasi malorum depulsor.

[margin: Apollo unde. — λοιμιοσ. — Alexicacos.]

Quibusdam placet Aquas uitiatas et fetore corruptas uiolare salubritatẽ: et parere pestilẽtiá.

Nam et aquarum mutationem graue͂ esse docet Maximus peripateticę sectę co͂ditor Aristoteles. Et Lucretius testatur illo Carmine.

Non ne uides etiam cęli nouitate et aquarum
Te͂tari ꝓcul a patria qcu͂qꝫ domoqꝫ aduenίu͂t.

Aquę ca͂ pestile͂tię

Scribit Victruuius humores graues et pestile͂tes erumpe ex pontinis paludibꝰ: et ut auctor e͂ Seneca / aquę noxię et pestilentes in penetralibus terrę latent nihil nisi pestiferum in se et corporibus nostris contrarium habentes: quę post motum terraru͂ erumpentes haurientes necant ac pestilentiam gignunt.

q Vi ex euaporatio͂e terrę noxia pestilentiam fieri opinantur / hi nouere ex terra Se͂per uapores emanare / de quibus plura meteorologi progenerari prodiderunt. Et ꝑfecto pala͂ e͂ terra͂ no͂ ee͂ sine spiritu / que͂ infundit satis arbustisqꝫ / non aliu͂de uiuentibus: Quo tot genera herbaru͂ fructicu͂qꝫ fouentur. Ne multa: Platonici autuma͂t omnes stellas oe͂ cęlu͂ ipsu͂qꝫ sole͂ trahere alime͂tu͂ ex terreno et inter se partiri Soloqꝫ halitu terrę subste͂tari. hoc enim illis alime͂tu͂ / hęc esca. hic pastus est: qua͂uis Aristotelici reclament. no͂ posset aute͂ terra nutrire ta͂ multa tam magna / nisi multu͂ illi spiritus ale͂ris suppeteret: Qui iugiter exhala͂s ubi noxius e͂ et pestifer pestile͂tię ca͂ est. Et ab Auicenna dictum est

Pestile͂tia ex exalatione.

sidera pasci terreno halitu

Eleuari e terra aeris corruptionem. Silius quoq; in descriptione pestilentię sensit uaporé terrę eē pestiferum illo uersu,

Atq; ater picea uapor expirabat in ethra.

Amianus Marcellinus ĩ hanc senteтiā sic refert. aliqui terra℞ halitu densiore crassatum aera opinantur necare nónullos.

Mathematici pestilétiam ut pleraq; alia/ui siderum prouenire arbitrant᷑, maximeq; caniculę. quorum sententię testimonia poetica subscribunt.

Pestilétia ex aeř corrupto

c Eterum et plurimis et maximis auctoribus placet pestilentiā fieri ex aere corrupto, qui late uitium suum spargit, q haurientes necat Animātes: nam cum reciprocatio spiritus sit in nobis perpetua et cõtinens, cū sine respiratione euestigio extinguamur, ubi aer quem perēniter ducimus pestifer est ac pollutus, necesse est ut intra uitalia pestilens quoq; halitus inclusus morbos afferat et mortem. Hinc exiit illud Maronianum.

Corrupto cęli tractu miserandaq; uenit
Arboribusq; satisq; lues et pestifer annus.

Consimiliter Lucretius inquit,

Et cum spirantes mixtas hinc ducimus auras,
Illa quoq; in corpus pariter sorbere necesse ē
Consimili ratione uenit bubus quoq; sępe

Pestilitas etiam pigris halatibus ęgris.
Quin etiã Ouidius explicans pestilentiã poeti/cã sic ait. Ora patēt aurēq; graues captant hiatu. Ob hoc Auicenna longe clarissimus medicorũ censet in pestilentia respirationẽ hanelationẽq; esse minuẽdã adhibendaq; odoramẽta/qbus corruptior aer mitigetur. pestilẽtiã etiam excitãt uẽti: quos aera fluentẽ esse diffiniũt/quos et terrę/motus causam esse docuimus/maxime aũt austri eã efficiũt/de qua. Cor. Celsus sic refert. Cũ uero hęc in omni pestilẽtia facienda sint/tum in ea maxime quã austri excitarĩt. Ouidius quoq; ostendit pestilentiam flatu austrino exortam eẽ/ Cum ait/

Venti cã pestilẽtię

Letiferis calidi spirarũt estubus austri.

Aristoteles in problematis tradit flante Au/stro corpora effici humida et calida/et ob id pu/tredini maxime obnoxia:qui et fedi halitus cã est. Eodẽ auctore homines grauiores inualidio/resq; fiunt spirãtibus austris. minusq; cibi appe/tẽtes/Cum e diuerso flãtibus Aquilonibus ani/mantes magis esuriãt sintq; corporis robustio/ris. Idem ostẽdit quẽadmodũ austri humorem Calidum in corporibus progignũt/quippe qui natura calidi sint et humidi/Vnde et febres ex/oriantur. Hippocrates quoq; in Aphorismis qđ ẽt a celso translatum est. Auster inquit aures he/

auster pestiferus.

hippocrates dcẽter

betat / sensus tardat / Capitis dolores mouet/ aluum soluit totum corpus efficit hebes humidū lãguidum. Quin etiam uictruuius/ ut id quoq; non pretereamus / narrat in lesbo oppidum mithylenen fuisse magnificenter quidem edificatum et eleganter/ sed positum non prudenter/ in qua ciuitate cū flabat Auster hoīnes egrotabant Cum corus / qui est uentus occidentalis alio nomine dictus Argestes/ Tussiebant/ cum uero spirabat Aquilo restituebantur in salubritatem.

Victruuius.

Quid non ne et Plinius noster / Cūi nihil omissum est / breuiter ut omnia Austri naturam uno uerbo significauit : sic scribens in secundo . Saluberrimus omnium uentorum Aquilo/ noxius Auster/ minus esurire eo spirante credūtur Animantes . Idem uolumine duodeuigesimo auctor est flante Austro / Quem greci notum uocant qui humidus et estuosus est Italie/ fœtus femineos cōcipi/ sicut e diuerso mares in utero fieri / si flante Aquilone ineant coeantq; animalia.

Plinius

Aqlo saluberrimus.

Dixit quidem Plinius quid eueniret flantibus Austris et Aquilonibus/ Cur autem id fieret explanare supersedit. Sed causa ē euidens et ab Alberto magno latissime explicata / Qui libro de historia Animalium decimo octauo refert ideo flante austro feminas cōcipi / quia corpora humescunt / Calorq; īgenitus calore Austrino resol

Auster gignit Feminas

uitur atq; uires fiunt imbecillę, e cōtrario spirantibus Aquilonibus merito masculi fętus in utero formantur, propterea φ cum sint frigidi obturant atq; obstipant meatus corporeos ipsumq; corpus spissant expeditiusq; reddunt atq; robustius: Quo inclusus intrinsecus Calor naturalis uegetatur, fitq; genitura melius digesta magisq; idonea ad marium Generationem. Quin etiam proditum est a philosophis oriēte canicula Austros moueri, quibus aer solet commutari. Nemo autem dubitat sidus caniculę In cuius ore est sirius, esse pestiferum et noxium, ac persepe facere pestilentiā. Quod et nobilis poeta insinuat illis uersibus.

Aquilo mares

Sirius in ore caniculę

Ille sitim morbosq; ferēs mortalibus ęgris
Nascitur, et leuo cōtristat lumine cœlum.

Inter causas pestilentię est cenosa colluuies, fetorūq; graueolentia, quod et iurisconsulti euidenter ostendunt sic scribentes: nam et cęlum pestilens et ruinas minantur īmundicię Cloacarū, et is riuus ex eodem corrupti aeris fonte profluit ac manat cum odorem non aliud q̄ infectū aera esse prodiderint scriptores longe clarissimi.

Colluuies cloacalis

Hui⁹ aūt luis tā dirę tāq; exitialis spēs plures memorāt̃. Prīa pādemos appellat̃. Secūda epidemos. Tertia loemodes. uolatica uelocitate lerabilis. Duę sūt dictiōes grępcorū λοιμοσ και λιμοσ

Pandemos

Epidemos

Loemodes.

Inter quas maxima est cognatio atq; affinitas in ipsa scriptione ac pronũciatione maximũ uero dissidium in ipso significatu : siquidẽ λιμοσ significat famem: λοιμοσ uero pestilentiam . hinc olim altercatio nata apud Athenienses super illo Oraculi uersu .

λιμοσ
λοιμοσ

Doriacum ueniet limo Comitãte duellum.

Ambigebatur enim utrũ λοιμοσ idest pestilẽtia significaretur an λιμοσ idest fames. Quod cum sit Amphibolon atq; flexiloquum/Id homines oraculũ retorquebant ad eum intellectum / Qui uidebatur ad ea quę ad pręsens patiebãtur eẽ accõmodatus . Illud utiq; dignũ Annotatu nec ĩdignũ Cognitu ẽ plerosq; ex cohorte illa poetarum Nobilium prope peculiariter operam ĩpendisse pestilentię numeris poeticis pscribẽdę / tãq̃ id argumẽtum sit spectatissimum / in quo ingenii uires neruosq; pro uirili quisq; parte contenderent : Namq; ut pretercam Homerũ Et gręcos poetas / non ne Mantuanus Homerus ĩ tertio georgicon pestilentiam elegantissime explicauit? Quẽ emulatus opinor Silius italicus et ipse in quarto decimo punicorum eam pestilentiã graphice perscripsit / quę tempore secũdi punici belli ĩ Sicilia Romanos ac pœnos iuxta uexauit afflixitq;. Quã ait a Canibus cępisse/ sic.n.ĩqt.

Pestilẽtia poetarũ materia

Vim primi sensere canes.

Pestilẽtia a Canib9

q Va in re sequutus est Homerum sic scri
bentẽ ĩ prima iliados Rhapsodia. ουρη-
ασ μεμ πρωτομ εποχετο και κυμασ
αργουσ.

Pelign9 quoq; uates ĩ septimo metamorpho-
seos luẽ id genus pestiferam enarrat tam copio-
se tam decenter tam ingeniose / ac tanta cum p-
spicuitate / ut ante oculos posita totius rei ima-
go quodammodo esse uideatur. Necnon Luca-
nus in quinto pharsaliȩ summatim ac uelut ali-
ud agens atq; in trãscursu id genus descriptiõis
libauit. Quin etiam Seneca in Tragȩdia quȩ ĩ-
scribitur Oedipus / funestam pestem stilo Tragi-
co exequutus est. in qua terram tumulis defuis-
se miseranter dolenterq; conqueritur. Verum in-
ter omnes Lucretius diuino quodam furore in-
stinctus libros de rerum natura luculentos hac
ueluti Appendice conclusit / Nouissimaq; expo-
litione perpoliuit / Pestilentiam rem haud dubie
infelicem summa cum felicitate describens. quȩ
in Bello peloponesiaco Athenien sium ciuitatẽ ĩ- Pestilẽtia
terneciuo genere morbi ẽ depopulata / uastauitq; a Lucre-
uias exhausit ciuibus urbem: super qua non pi- tio scri-
gebit prolyxius paulo sermocinari. Quando pta.
maxime ea illustrata est prȩconio Thucydidis /
Quem grȩcum Salustium nõ inscite nnncupa- Thucidi
des

ueris . Siquidem is miſeranter lachrymoſe inſi/
gniter multaq; cum luce eam uaſtitatem explica
uit / cui utiq; credi conuenit utpote hiſtorica fi/
de rem ſui Temporis ſcribenti / quam et ipſe paſ
ſus eſt. et alios patientes intuitus.

Deſcrip/tio peſti/lẽtię

C Vm obſeruatum ſit fere peſtilẽtiam ut
auctor eſt Plinius a meridianis partib9
Proſerpere / peſtilitas hęc et tanti mali
Clades ueniens ex Ethiopia mox in Egyptum
Libyamq; deſcendens Tandem atticam inuaſit
incubuitq; ciuitati athenarũ Tam atrociter tã/
taq; uiolentia ut nuſquam tantum funerum exi/
ſteret / et cum ſępe uehementior uis morbi q̃ me
dicina ſit Tũc medici omnes atq; medicamenta
morbo graſſanti ſuccubuere. ímo plurimi me/
dentiũ extinguebantur. Curatio omnis irrita/
uota in caſſum ſuſcepta. pręcationes auribus
Deorum ſurdis fruſtra ingerebantur. Primum
omnium capita feruore incenſa/oculi ſuffuſione
rubentes / lingua manans cruore/aures Tinnitu
ſonorę / Vultus Toruus / crebra ſuſpiria / Eaq;
cum graueolentia Dein ſternutatio Raucitaſq;
exiſtebat / Mox Tuſſis anhela pectus atq; pręcordia concutiebat / ſingultus quoq; in quibuſ/
dã cito deſinens quoſdã diutius torquens. Cor
pora foriſec9 ſubrubicũda ulceribuſq; fędata / ĩ/
trinſeçus ita exeſtuabãt ut uelamẽta uel tenuiſ/

ſima tolerare non poſſent. iucundiſſimum erat ĩ gelidam aquam ſeipſos nudatos ĩmergere. multi eſtus impatientes et ſitis in puteos ſemet pręcipitarũt. Ad hęc accedebant inquietę continẽteſq; uigilię / quas Plinius noſter ĩter mala uniuerſi corporis pleriſq; eſſe autumat. Dira hęc lues intra ſeptimum aut nonum diem homines cõficiebat et Ardore urente uitalia populabatur. nõnulli in genitalibus extremiſq; manibus ac pedibus uim morbi prorumpentẽ cruciabiliter ſenſere: Itaq; quidam cum membrorum illorũ iactura atq; diſpendio liberati / Quidam etiam ãmiſſis oculis in miſero cecitatis exitio ſuperſtites uixere. Illud cũprimis mirabile nec minus miſerabile / ꝙ quoſdam ex huiuſce teterimę peſtilitatis uiolentia cępit obliuio rerum omnium

Vigilię ĩter morbos.

Quidam obliti ſunt neceſſarios / et quod acerbius eſt ſe ipſos. Quod et Lucretius qui ex race / mis Thucydidis uindemiam ſibi facit et ex illius filis telam texit / elegantiſſime demonſtrat Cum ait.

Obliuio ex ui peſtilẽtię.

Atq; etiam quoſdam cępere obliuia rerũ
Cunctarũ / neq; ſe poſſent cognoſcere ut ipſi.

Galenus quoq; in libro de accidenti et morbo huiuſce rei commeminit His Verbis / Thucidides in quodam ſuo

Galenus



libro dixit quod ex pestilentia pluribus hominib9 tanta fuit obliuio ut cognatos et amicos tra/derent obliuioni et etiam semet ipsos.

Item i libro de uirtutibus naturalibus sic refert, Thucydides ait multis contigisse i pestilentia ut cognatos et semet ipsos ignorarent. Huic tam diro malo nullum salutare remedium excogita/ri poterat. Nam quod uni profuerat, hoc aliis e/rat exitio. Cateruatim dabant stragem passimque iacebant Cadauera hominum insepulta, Quę neque alites neque bestię attringerent. Quod siquę gustarunt ilico periere. Illud imprimis magno/pere miserandum atque erumnabile in tanta cla/de conspectum est. Quod ubi quisque se morbo uidebat implicitum Conscius langoris proti/nus salutem desperabat, et deficiens animo me/sto cum corde iacebat. Pestilentia auctore Ari/stotele pręcipue inuadit eos qui ad pestilentes homines propius accesserint, et contagia mor/bi serpunt in proximos et maxime in eos, qui Cacexia idest malo corporis habitu sint. fit au/tem ut morbo cubantis ueluti quodam fomi/te succendente uitium illud protinus exultet atque i aliis cõcipiatur. Hic Liui9 libro historiarũ xxv. sic enarrat. Postea curatio ipa Et cõtact9 ę/grorum uulgabat morbos, ut aut neglecti desertique

Cõtagio pestilẽtię

Cacexia.

Liuius

qui incidissent morerentur/aut assidentes curan/tesq; eadẽ uis morbi repletos secũ traheret/quotidianaq; funera et mors ob omniũ oculos eẽt/et undiq; dies noctesq; ploratus audirẽtur. Hoc idem in hoc diro exitio Grȩcorum contigit ut instar ouium morerentur contagione inuulgati morbi ac tabe/dum officii causa assident ministrantq; languẽtibus/atq; ita ex aliis alios auidi contagia morbi occupare non cessabant/et funera funeribus cumulabantur. sicut enim gãgrena serpit In corpore/Ita contagio serpebat in ciuitate. obseruatũ est illud/neminẽ fere bis eodẽ genere morbi correptũ. Itaq; qui semel impliciti pestilitate euaserant/hi prȩcipue laborãtes morientesq; miserabantur de se ipsis securi/spẽ in posterꝶ ꝑsumẽtes/tãq̃ alio morbo absũmi nõ possent/unde beati ob hoc ipsum censebantur. Tẽpla deoꝶ cadaueribus referta uisebãt. multi aliorum rogos occupantes ĩ his mortuos suos collocabãt. quod luculenter exequitur Lucretius scribens.

Pestilentia ut cãcer.

Omnia deniq; sancta deorum delubra replerat
Corporibus mors exanimis/cõstrataq; passim
Cuncta cadaueribus celestũ templa manebant.
Nãq; suos consanguineos aliena rogorum
Insuper extructa ingenti clamore locabant.

Hȩc est illa pestilentia quȩ atheniensium ui/

res uehementer attriuit flore iuuentutis extin/
cto. propter quã populus Atheniensis factus est
infestior Pericli Olympio/eiq; tã atrocem cala/
mitatẽ referebat acceptam/tãq̃ ipse auctor fuisset
ut ex agris oẽs ĩ urbẽ cõmigrarẽt et ex ea collu/
uiõe uis morbi cõflata gliscer̃ cępisset/ qđ et plu/
tarchus memorat. Inter causas pestilẽtię ut cõpe
rior ẽ penuria alimẽtorų uictusq; mutatio/ quod
Cęsar dictator in cõmẽtariis belli ciuilis euidẽ/
ter ostẽdit scribẽs Massiliẽses graui pestilẽtia cõ
flictatos eẽ ex uictus mutatiõe: nã cum adducti
essent ad summã rei ãnonarię inopiam ĩ diutina
obsidiõe alebãt' oẽs panico ueteri ordeoq; cor/
rupto.

Pericli ĩ/putata pe/stilentia.

Mutatio uictus cã pest.

E terrũ cũ pleriq; morbi sint irremedia/
biles citraq; curatiõem/ĩ hoc potissimũ
genere pestilẽtia esse creditur/tãq̃ id sit
malum nõ solum mortiferum sed etiam insana/
bile. attamẽ cum ĩ multis spõte cessauerit/ plu/
resq; cõualęscãt/ e re litteraria futurum cẽsemus/
tradere Quędã remedia/quę si nõ omnib9/mul
tis tamẽ possint esse salutaria/euĩcẽdi enim sunt
quamuis pestiferi morbi et exquisitis remediis
propulsandi: Quãq̃ differãt pro natura locorũ
genera medicinę. et aliud sit opus ĩ Italia/aliud
ĩ gallia/aliud ĩ germania/Quãuis nõ eadẽ auxi/
lia oĩbus etiã ĩ similibus morbis queãt opitulari

c

Nõ eadẽ oĩb9 opi/tulari.

ppter multiformes uariasq; corpoꝝ cōstitutio-
nes. Quas greci κρασεις nostri recētiores medi-
ci cōplexiōes appellāt.

crasis cō plexio.

Remedia.

Vmprimis salutare Remedium ē fru-
c galitas atq; sobrietas. Plinius noster ī-
quit utilissimam eē ī cibis temperātiā.
et Aesclepiades īter cōia morborum au
xilia ꝓfessus ē saluberrimam eē abstinētiam mo
do cibi alias uini. hęc autem remedia sibi quis-
q; pstare potest. Oratius quoq; salutiferi medici
uice ita ꝓclamat.

Asclepia- des.

Frugali- tas.

Oratius.

Aspice nūc tenuis uictus quę quātaq; secum-
Afferat / imprimis ualeas bene.

Ferūt Socratem tāta fuisse temperātia/ut oīa
fere uitę suę tēpora ualitudine inoffensa uixerit/
qui ī illius etiā pestilētię uastitate/quā paulo an-
te memorauim9/ dicit tāta moderatiōe usus eē/
ut ab oī uoluptatū labe cauerit et salubritatē cor
poris retinuerit/ut nequaq̄ fuerit cōmūi omniū
Cladi obnoxius. Idem utpote frugalitatis ser-
uātissimus dicere solebat se bibere atq; esse ut ui-
ueret / cum multi Gulones et uentricolę/quorū
deus uenter est/propterea uiuere uelint ut edant
et bibāt. Marcus Tullius non minus salubriter
q̄ decēter prodidit ualitudinē bonam cōseruari
cōtinētia ī oī uictu:et ꝑtermittēdis uoluptatib9.

Scitū So cratice frugalita- tis.

Gulones

Et profecto nihil sic sensuũ acumen operatur/ut auctor ē Ioãnes chrysostomus/nihil sic egritu/dinē fugat/sicut moderata refectio. sufficientia quippe cum nutrimēto et sospitatem simul pro/creat et uoluptatem. abũdantia uero morbũ fa/cit/ et molestias ingerit/ Et egritudinē generat. Nõne et Diuus Hieronymus non minus cor/porum q̃ animoꝝ medicus salutaris ꝓdidit mor bos saturitate nimia cõcitari? Cuius p̃coniũ il/lud in decretis Canonicis est inuulgatum/ quo Dietę idest tenuissimi uictus et simplicis mensę celebratur utilitas. sic enim ĩquit. legimus quos/dam morbo articulari et podagrę humoribus la borantes proscriptione bonorũ ad simplicē mē/sam et pauperes cibos redactos cõualuisse. Plini/us quoqꝫ tradit simplicem cibũ esse homini uti/lissimum. Veꝝ non satis est uiuere frugaliter et parce/ nisi etiam alimētis innocētioribus uesca/mur: Abstineamusqꝫ a cacochynis et cacochy/lis/ sic enim cibaria mali succi noxiiqꝫ humoris appellitant/ a quibus pręcipue abstinendum eē p̃cipit Maximus medicorum Galenus. qui li/bro περι τροφων idest de alimētis Secũdo cõ/sulens tempãdum a cibariis cacochymis docet quẽadmodũ ea et si sint cõcoctiõis facilioris/ta men in uenis noxium humorem collectum diu delitescere: Qui mox putrescens erũpat in pessi/

Io. Chri/sostom9

Hierony mus.

Simplex uictus sa luberri/mus.

Cacochy ma.

Cacochy la.

ma genera morborum. Idem in libro de febribus asserit in hominibus sanis causas egritudinum esse, ut utar uocabulo medicorum dietas malas, Idem in libro de cacochymia tradit pestilentiã prouenisse ex alimentis cacochymis, ex quibus impetigo et scabies et lepra ĩ corporib9 proserpere cęperint, nec non ulcera multifaria foras proruperint, ut sunt herpete, Carbũculi, phagedenę, phlegmones aliaq; id genus perniciosa. Vulgo quoq; dici solet et credi ex rei frumẽtarie caritate pestilẽtiam gigni, propterea ꝙ egestosi et inopes alimentis frugum absumptis Cibaria quędam obscena pastu atq; Cacochyma fame urgente comesse coguntur, herbisq; et radicibus uesci, Ex quibus noxii humores maliq; succi uisceribus impliciti mox in oẽ genus morborum erumpunt, et imprimis pestilẽtiam gignunt. Remediũ quoq; pestilentię est soli cęliq; mutatio, Quod nõ solum hominib9 sed et brutis animãtibus mire auxiliat̃. Columella scribẽs de pecoris ouili medicina, mutandę inquit sunt regiones, quod in oĩbus morbis ac pestibus fieri debere cẽsemus. Idem inter remedia quę pestilẽtię adhibenda esse pręscribit Cumprimis monet mutãdũ cęli statũ, et in plures partes distributo grege longinquas regiones eẽ petendas: atq; ita segregandos a sanis morbidos, ne quis interue-

Ex cacochymis pestilẽtia

Mutatio loci salubris.

niat qui contagione ceteros labefaciat / adeoq; efficax hoc remedium existimatur / ut non solũ corporibus egrotis medeatur / sed etiam animis languentibus suppetias prestet salutares. hinc in Decretis Canonicis scriptum est / Valet iterdum cõuersis pro salute anime mutatio loci. Plerũq; enim dum mutatur locus mutat mẽtis affect9.

Religio ꝑ medela

I Nter remedia pestilentie mitigatoria ẽ et Religio / nã sicut ut ante docuimus / Ex ira dei pestilens lues oriri creditur / Ita credibile est eandem propitiato deo posse se- dari. hoc remedio usi sunt ueteres Romani / q ĩgenti olim exorta pestilentia urente urbem atq; agros Esculapium ab Epidauro Romã accer- sendum euocandumq; censuerunt / quasi medi- cum deum / qui sub specie anguis in urbem cõ- migrans aduentu suo tempestatẽ illam / qua Ro mana ciuitas triẽnio continenti uexata fuerat / e uestigio dispulit / Et ut inquit Ouidius finẽ lu- ctibus imposuit uenitq; salutifer urbi. iidem cũ sepe graui pestilentia conflictarentur / nec uis morbi tabifici ullis humanis presidiis leuaretur Cõuertebantur ad opem diuinam atq; celestis ire placamina: Inter que ludi maxime scenici ĩ- stituti dicuntur. Et ꝑfecto primigenii illi prisciq; Romani religione atq; una deorum cultura oẽs gentes nationesq; superarũt.

Esculapius Salutifer

Hippocrates ille Archiatros/et ut uerius di/xerim/medicorum deus pestilentiam ex illyri/co peoniaq; ad grecos uenientem hoc remedio cohibuit/atq; hac curatione sedauit. nam iussit p totam ciuitatem accendi ignes floribus corona/mētisq; odoratissimis fragrātes Vnguētisq; sua/ueolentiam spirantibus pfusos: ut ita purior sin/cerior salubrior aer a spirantibus susum subdu/ceretur. huiusce rei meminit Galenus in libro de Theriace. Vbi id quoq; cōmemorat/quod aer pestifer ex respiratione haustus est hominib9 uelut deleterion hoc est uenenum. Plini9 quoq; transeunter hoc attigit/ Cuius uerba ex libro xxxvi. subscribere operępretiū ē/ quę sunt hęc/ Est et ipsis ignibus medica uis. pestilentię quę solis obscuratione contrahitur/ignis suffitu mul tiformiter auxiliari certum est. Empedocles et Hippocrates id demonstrauere diuersis locis.

Medicía Hippocratis.

Idem Hippocrates altera quoq; medela seruauit multa oppida grecorum a pestilentia/obstructis uidelicet pestilentibus fenestris/ ianuisq; pmu/tatis. atq; imisso nouis fenestris Aquilone/ quē uētoꝝ saluberrimū autumāt. Gręcia ob hoc me/ritū tā pcellēs honores illos hippocrati decreuit/ quos Herculi olī decreuerat. Cōsimiliter Varro Terēti9 ille undecūq; doctissim9/cū ī īsula corcy ra oēs fer dom9 replete eēnt egrotis ac funerib9/

M. Varro.

obſtruens feneſtras hoſtiaq; permutans/nec non ſaluberrimum uentum Aquilonem nouis pate/factis feneſtris ímittés / familiá et Comites ſuos omnes reduxit incolumes.

ſ Cribit idem Plinius folia lauri olfactu ualere aduerſus peſtilétię contagia/ tá/toq; magis/ſi et urantur: hinc olim Có/modus Romanus Imperator cum ingens peſti/létia Italiam uniuerſam occupaſſet/inq; Roma/nam ciuitatem uehementius Graſſaretur / Lau/rétũ ſeceſſiſſe traditur: Vbi Laureta ꝑmulta ui/ſebantur. Siquidem periti medicinę aſſerebant plurimum pollere odores laurorũ amœnáq; opa citaté ad propulſandam aeris cótagioné. Pleriq; unguétis ſuauiſſimis nares opplebant ſuffituq; et odoraméntis aſſidue utebantur/tá̄q meatus ſen ſuum illis odoribus occupati neq; admittát aera Tabificũ Et ſi admiſerint / tamen eum maiore quaſi ui longe exuperari. ut auctor eſt Herodia/nus. huius peſtilentię mentio quoq; fit a Gale/no í libris de poteſtate ſimplicium pharmacoꝝ.

Laureta cótra pe/ſtiléntiam Exéplũ cómodi. Imp.

Apollonius ille Tyaneus Pithagoricus phi/loſophus/Quo nihil ſanctius/nihil uenerabilius nihil diuinius ethnici Crediderũt: qué mortuis uitam reddidiſſe et multa perinde ac deum mira cula feciſſe cómemorant/epheſios olim peſtilen/tia laborátes hoc ueluti alexipharmaco liberauit

Vocatis in concionem ephesiis ostendit in thea/ tro senem quẽdam sentũ squalentẽq; ac pãnosũ Iubens ut lapidibus illum insectarentur/qui lapi dare hominẽ tãto studio cęperunt/ut breui tem/ pusculo magno lapidũ cumulo cooptus obrue/ ret. Paulo mox lapides auferri iussit/ut quid in/ teremissent agnoscerẽt. Quo ut pceperat facto il/ le quidẽ quem se saxis obruisse crediderãt nusq̃ cõparuit/canis autẽ p homine cõspectus est ua/ sta atq; enormi magnitudine/spumam ab ore e/ uomẽs. Et hęc fuit expiatio qua ephesios Apol lonius expiauit lueq; tabifica liberauit. Creditũ est senem illum fuisse cacodemonẽ pestilẽtię cõ/ ciliatorem / uel potius ipsum monstrũ morbũq; portẽtosum. Canis p homine.

Hercules ille lustrator orbis Domitorq; fera/ rum/Cui ob admirationem uirtutis diuinos ho nores gręci decreuerũt/olim heleos a pestilentia liberauit obstruẽs obturãsq; euaporatiões / quę e terra pestiferę emanabant. quem gręcia alexi/ cacon cognomento colit quasi opitulatorem ac malorum depulsorem. Hercules Alexica/ cos.

